Anthologia graeca epigrammatvm palatina cvm Planvdea: ...

Maximus Planudes

Digitized by Google

image
not
available

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Benseler-Kaegi: griech. Schulwörterbuch

12. Aufl. [X u. 981 S.] Lex.-8. Dauerhaft in Halbfranz geb. ℳ 8.—

Das altbewährte Wörterbuch erscheint diesmal in beträchtlich erweiterter Gestalt (981 S. statt 916 der 11. Auflage); der Wortschatz der griechischen Lyriker, soweit er in den gangbaren Anthologien vorliegt, ist, gewiß mit vollem Recht, aufgenommen worden, ebenso der des v. Wilamowitzschen Lesebuchs. Die etymologischen Angaben sind neu bearbeitet, aber mit Weglassung alles dessen, was dem Schüler nicht unmittelbar verständlich und nützlich sein kann, also im wesentlichen mit Beschränkung auf Lateinisch und Griechisch. Sein hervorragendes praktisches Geschick hat der Herausgeber durch fortgesetzte erfolgreiche Bemühung um übersichtliche Anordnung und Gliederung (u. a. durch häufigere Anwendung von Sperr- und Fettschrift) bewährt. Auch in semasiologischer Beziehung ist manches gebessert worden. Zahlreiche Verbesserungen und Ergänzungen bringt die neue Auflage auch „in bezug auf Orthographie, Textkritik, Autorenexegese und Realerklärung."

(Neues Correspondenzblatt, Stuttgart.)

Heinichen-Wagener: latein. Schulwörterb.

7. Aufl. [XXVI u. 937 S.] Lex.-8. Dauerhaft in Halbfranz geb. ℳ 7.50

Der sechsten Auflage folgt nach verhältnismäßig kurzer Zeit die siebente. Bei einem so wohlbekannten und mit Recht vielverbreiteten Hilfsmittel des Lateinstudiums darf man sich bei Anzeige einer neuen Auflage kurz fassen. Gegenüber der vorletzten Ausgabe ist die jetzt erschienene in der Anlage unverändert. Im übrigen stößt man auf viele Einzelverbesserungen. Daß der Verfasser recht daran tat, der Etymologie und der Semasiologie gegenüber noch Vorsicht zu üben, wird jeder Unbefangene zugeben. Gesichertes hat er aufgenommen. Die Bedeutungsentwicklung der aufgeführten Wörter ist meist klar und folgerichtig. Recht dankenswert und gut gelungen sind die von Wagener vorausgeschickten Abrisse der römischen Literatur und der römischen Stilistik. (Monatsschrift für höhere Schulen.)

Benseler: deutsch-griechisches Wörterbuch . . geb. ℳ 10.50
Heinichen: deutsch-lateinisches Wörterbuch . . geb. ℳ 6.50

Sonder-Wörterbücher zu

Cäsar. Von H. Ebeling. 5. Aufl., von J. Lange. Geb. ℳ 1.60

Nepos. Von H. Haacke. 14. Aufl. Geb. ℳ 1.30. Mit dem Texte des Nepos zusamm. geb. ℳ 1.60

Homer. Von G. Autenrieth. 10. Aufl., von A. Kaegi. Geb. ℳ 3.60

Ovids Metamorphosen. V. J. Siebelis. 5. Aufl., von Fr. Polle. Geb. ℳ 4.40; geb. ℳ 4.80

——— kleine Ausgabe, bearbeitet von Stange. Geb. ℳ 2.50

Phädrus. V. A. Schaubach. 3. Au lage. Geh. ℳ —.60 –
Mit dem Texte d. Phädrus ℳ —.9

Xenophons Anabasis. V. F. Vol brecht. 10. Au
Gebunden ℳ 2.20

Xenophons Hellenika. V. K. Thi mann. 4. Aufl. Ge
ℳ 1.50, geb. ℳ 1.90

Siebelis' tirocinium poeticum. V A. Schaubach. 11. Au
Gebunden ℳ —.80

Google

ANTHOLOGIA GRAECA

EPIGRAMMATVM

PALATINA CVM PLANVDEA

EDIDIT

HVGO STADTMVELLER

VOLVM. II PARS PRIOR

PALATINAE LIBRVM VII PLANVDEAE L. III CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

MANIBVS

ERWINI ROHDE

Δέξο, μάκαρ, πρόφρων, ὃς ἐπεὶ ζῶσαν κατέλειπες
Ψυχὴν θεσπεσίην, οὐκ ἐδάμης θανάτῳ.

NOTAE PRAEMISSAE

ANTHOLOGIAE PALATINAE LIBRO VII
ET PLANVDEAE LIBRO III
CVM SIGLORVM EXPLICATIONE.

A septimo libro Anthologiae Palatinae octavum seorsum exhibebit huius voluminis pars altera, Gregorii Nazianzeni syllogen, quam Constantinum suae Anthologiae inseruisse alii contendunt, rectius, opinor, alii negant. Pars prior voluminis continet librum VII Palatinae sive l. III Cephalanae Anthologiae et qui inde decerptus est Planudeae librum III. His libris cum epitymbia destinata essent, inter sepulcralia, quod constat, etiam aliena epigrammata haud pauca relata sunt ab utroque compilatore, quamquam recentioris florilegii auctor quaedam non sepulcralia ex Palatinis aut omnino praetermisit aut in alios libros recepit.

I.

Epigrammata l. VII exstant in cod. Pal. inde a pag. 207, 14 usque ad p. 326, 10; incipiunt a postrema parte quaternionis XIII (qui complectitur paginas 195—210, cf. vol. I p. IV), continuantur per septem quaterniones XIV—XX (p. 211—324, non 322; nam quaternio XVIII duobus numeris 276 sq. praetermissis paginas 275—292 comprehendit, cf. ad p. 311, 3), ultima epp. (VII 741, 8—748) primo folio quaternionis XXI (p. 325—326, 10) continentur. Sylloge in primis foliis quattuor codicis (A^v—D^v, p. α'—ζ') exarata exhibet inter 34 epigrammata unum libri VII Palatini (307 Palladae? Σ^{π} n. 20, f. B^v p. γ'): cf. quae de Σ^{π} monui vol. I p. VI sq. quaeque ad VII 187, 1 notantur.

Codicis **P**(alatini) scribae in hoc volumine isdem atque in primo siglis*) indicantur: A, B, J, L, C; recentior manus (aequalis ei quae p. 86 in marg. inferiore versum Agathiae IV 3^b, 68 iteravit) supplevit versum Crinagoreum (645, 4) *κεῖσαι Ἰουδαίοις*, adposuit eadem scripturam Planudeam *δοῦλος* pro *Λυδός* in Dioscoridae ep. 178, addidit in Gessiano (683, 8) verbum, quod scribae verecundi admittere dubitaverant; eadem manus titulos librorum X—XII: *Ἀρχὴ τῶν Προτρεπτικῶν* (p. 489), *Ἀρχὴ Σκοπτικῶν* (p. 507), *Στράτωνος τοῦ Σαρδιανοῦ* (p. 569) in marg. superiore adpinxit; haec quicunque in codicem intulit (cogitavi de Frid. Sylburgio), scripsit post vulgatam Aldinam alteram, ex qua epigrammatis 178, 645, 683 additamenta illa accesserunt, et aliquantum a scriba recentiore differt, qui epigrammatis Gregorii Theologi paginarum quas in Muratorii Anecdotis obtinent numeros adiunxit. — Sed de praecipuis cod. Palatini scribis A, B, L, C pauca hic addenda videntur.

A libri VII epp. scripsit exceptis duobus (tetrasticho in Homerum VII 2^b et disticho in Brotachum 254^b); primis epigrammatis 1—155 fere omnibus idem A nomina auctorum et lemmata vel plena adposuit vel augenda tantum sociis operae reliquit (ad ep. in Coroebum 154 *Αἴτια* Call. ipse A ex archetypo suo affert); ut primis sic ultimis l. VII epigrammatis (742—748 in primis pag. quaternionis XXI) A titulos adiunxit plerosque (non scripsit perversum *Πυθαγόρου* ad ep. 746). Praeterea duorum quaternionum epigrammata ea, quae primam utriusque paginam occupant,

---

*) Ad commodiorem editionis usum, quae in vol. I p. VII reperiuntur, partim hic repetita legentibus proponam:

A^t (L^t C^t) = A (L, C) scripsit in textu;
A m$^{e.i.s}$ = A scr. in margine exteriore, interiore, superiore;
A$^{ar.ac}$ = A scr. ante rasuram, ante correcturam;
P$^{pr.pc}$ = Palatinus exhibet post rasuram, correcturam;
⌊κύ⌋μασι C ἤμασι A^{ar}: litteras κυ scr. C in erasa η;
τ⌈ουσ⌉: litterae ουσ compendio notatae sunt in P;
παύσασα*: una littera post α fin. erasa est.

ab A pleraque titulis instructa sunt (cf. ad epp. 238—244, epp. 358—365, quae exstant in P p. 243, 259 initio quaternionis XVI, XVII); lemmata ad quaedam ex his epigrammatis incohata ab A, sed non ultra primam tituli voculam (εἰς) ab eo producta sunt (cf. ad VII 242—244), ut, si librarius ex epigrammatum interpretatione lemmata sua finxit, insignem eius sterilitatem mentis prodant, si lemmata non ipse invenit, sed ex archetypo transcripsit, titulos exemplaris vel difficiliores lectu vel mutilos fuisse testentur. Et permissa est praeter eas quas indicavi partes in ceteris libri VII omnibus titulorum cura lemmatistae et correctori, nisi quod idem *Φιλίππου* nomen duobus insuper epigrammatis addidit A, ultimo epigrammati (405) magni fragmenti Philippei (364—405) et epigrammati 692, a quo unum ex minoribus fragmentis Phil. fortasse incipit; utrique titulo librarii A ancipitem suum adiungit C: *Μιμνέρμου* (*Μυρίνου*?) *οἱ δὲ Φιλ.* ad 405, *Ἀντιπάτρου οἱ δὲ* (*Φιλ.*) ad 692. Pro peculiari ep. habet A tetrastichon 745, 7—10.

Bis scripsit A libri VII epigrammata septem: 35, 170, 187, 229, 231, 270, 462. Duo ex his 231 (Damageti), 229 exstant inter epp. (omnia fere in viros fortes) e compluribus syllogis sumpta 226—259, redeunt post VII 438 (Dam.) et 721 in fragmentis Meleagreis (406—506, 707—740); in priore fr. Mel. iteratur ep. 170 (post 481); ep. 270 inter promiscua in naufragos epp. (263—294) receptum revertitur in Meleagreis eiusdem argumenti (post 650); ep. amplioris fr. Meleagrei 462 in postremo fr. Mel. ante 729 sq. repetitur; ep. 187, quod iniuria, opinor, a Philippo abiudicaverunt, aptius priore loco exhibetur quam ante VII 345 (quocum iunctum est propter speciem similitudinis, cf. ἡ γρηὺς 187 γῆρα 345, p. LIII); ep. denique in Pindarum 35 iterum reperitur inter seriem Simonideam 507—516 et Callimacheam 517—525 collocatum. Praeter haec epp. distichon iterat A alterum epigrammatis 218 et primum hexametrum ep. 184, illud ita ut turbatus inde ordo versuum facile restituatur, sed hexameter repetitus pessumdedit primum versum ep. 183, cuius sententiam, non verba p. 121 redintegrare conamur.

B, qui inde ab A. P. IX 564 epigrammata titulosque eorum scribere coepit, libri VII epp. sex iteravit: 86; 683; 684+688, 3 sq.; 686; 688, 1 sq.; 687. Ep. 86 in Solonis statuam Cephalas cum epigrammatis in philosophos e Vitis Laertii perperam inter sepulcralia recepit, B inter demonstrativa scripsit post IX 595 (ante ep. in Chilonem); ex octo Palladae epp. in Gessium (VII 681—688 petitis e sylloge Alexandrini) quinque iterat B inter *σκωπτικά* post XI 282 ita, ut et ordine et textu epigrammatum Planudeam (M II[a], I[b]) potius quam priorem recensionem Palatini sequatur: cf. Finsler Krit. Unters. p. 84 et infra p. 468, 3 sqq.

L(emmatista) ab VII 156 orsus cetera libri epp. fere omnia lemmatis vel ab ipso excogitatis vel ex archetypo translatis instruxit; in priore parte tantum id egit, ut paucos ab A omissos titulos inferret, nonnullos ab A scriptos suis parvi pretii additamentis augeret. Nomen auctoris raro tradit L in serie epp. 1—155, velut ad 45 *Θουκυδίδου*, ad 99 *Πλάτωνος*, ad 95 *Διογένους Λαερτίου*, ad 153 (*οἱ δὲ*) *Κλεοβούλου* (quod ex Diogene sumptum vetustiori titulo *Ὁμήρου* adiunxit); cf. ad ep. 5. Nec saepius in altera parte (post 155) correctoris vice suscepta indices auctorum adposuit, velut *Δαμοχάριδος* 206, *Παύλου* (?) 307; idem nomina auctorum addidit epigrammatis 679—688, quae duobus exceptis ex Palladae sylloge sumpta sunt (et videntur in lemmatistae exemplari epp. Palladae prae ceteris notata fuisse, ut etiam notula ad ep. 339 de Palladae sylloge a lemmatista, non a correctore scripta est). Ep. 746 tribuit L (non A) Pythagorae, idem Nicarcho ep. 159 (fort. Nicaeneti Samii in tibicinem Samium); ep. 362 in Aetium rhetorem (s. Aietium, cf. p. LXXVIII ad 241, 8) Philippo vindicavit L: titulus *Φιλίππου* fortasse toti fragmento Philippeo (364—405) olim praefixus errore translatus est ad ep. *ἀδέσποτον*, si id ep. archetypus lemmatistae cum primo illius fragmenti epigrammate in eadem pagina scriptum exhibebat. Et simili fere errore parti alteri epigrammatis 31 nomen *Μελεάγρου* accessisse potest, si forte ultimo epigrammati particulae Meleagreae (21—31) index

coronae adiunctus fuit in archetypo, qui lemmatistae obtulit quae de coronae conditore ad 418 notavit. Nomen gentile auctoris L nonnullis epp. adposuit, *Σιδωνίου* epp. 2. 6. 8. 26. 81. 748, *Μιτυληναίου* epigrammatis Alcaei Messenii (5. 55); nec Macedo Archias exstitit epigrammatum auctor nisi errore lemmatistae, qui ex lemmate ep. 139 (*εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα*) gentile ad titulum sequentis traduxit: nam A *Ἀρχίου* scripserat, *Μακεδόνος* adiunxit L. Ad ep. Callimacheum 89, quod e Diogenis Vitis in Cephalanam venit, scripsit L: *τοῦτο Διογένης ὁ Λαερτίου λέγει ἐν τοῖς τῶν φιλοσόφων βίοις ὡς ἴδιον*; haec nec ficta ab L nec corrigenda cum Schneidero <*ὡς Καλλιμάχου, οὐχ*> *ὡς ἴδιον* (cf. Finsler p. 153), verum invenit L verba illa in archetypo suo adscripta non ad ep. 89, sed ad praecedentia 87 et 88, quorum utrumque suum esse diserte Laertius monet: *ἔστι δὲ καὶ ἡμέτερον ἐπίγραμμα* Diog. I 63, *ἔστι δὲ καὶ εἰς τοῦτον ἐπίγρ. ἡμῶν* Diog. I 73; incuria lemmatistae, qui notulam illam a praecedentibus ad sequens ep. detulit, promptiorem eo habet excusationem, quod una cum aliis Laertianis (epp. sive ab ipso Diog. conditis sive ab eo traditis) carmen Callimachi in Anth. Palatina sicut in Planudea adespoton fertur. Quae vero corrector addit: *πλὴν πάντα Διογένους εἰσὶν τοῦ τῶν φιλοσόφων βίους ἀναγραψαμένου*, haec falso dicta ab illo ipso corriguntur p. 222 in marg. superiore de isdem epigrammatis monente: *ἐξελέγησαν... ἐκ τῆς βίβλου τῆς ἐπιγραφομένης βίων φιλοσόφων*, cf. infra p. LXIII. Alia lemmatistae additamenta, e quibus mentio Nicolai Damasceni ad ep. 304, distichi XI 275 ad ep. 41, versus epigrammati 155 adscriptus (*καὶ κραναὴν ἀνέβαινε Φιλιστίωνος ἐρίπνην*) fort. maxime memorabiles, praetermittamus hic (cf. quae collegit Finsler p. 151 sqq.), sed illud quamvis notum non omittendum, quod ad quaedam epp. L quibus in regionibus ea reperta sint indicavit; hi indices, quales a C plures, nonnulli tamen a lemmatista exarati sunt, in Cephalanam transiere e sylloge Gregorii Magistri (cf. ad epp. 327, 334, 429), qui inscriptionibus suis in urbibus Thessaliae, Graeciae, Macedoniae, Asiae collectis

eiusmodi notulas addere non neglexit; sic occurrunt ad ep. 327 *ἐν Λαρίσσῃ* (cf. *τὸν Λαρισαιέα* 227), ep. 338 (Persae?) *ἐν Μαγνησίᾳ*, 672 [346] *ἐν Κορίνθῳ* ab lemmatista adposita, ad ep. 334 *ἐν Κυζίκῳ* (P^pr *ἐν Προύσῃ*? P^ar), 340 et 667 *ἐν Θεσσαλονίκῃ*, 330 *ἐν τῷ Δορυλαίῳ*, 331 *εἰς Χάρακα*?, 332 *εἰς Ἀκμονίαν*, 333 *εἰς Ἀζανούς*, 657 *ἐν Ἐφέσῳ* a correctore adiuncta locorum indicia. Ad certae originis fragmentum vix ullum ex his epp. referri licet (etsi particulae Meleagreae ep. 227 esse potest, 657 esse perhibetur); Cycli epigrammatis 552, 575, 558 dubium an non ex opere Gregorii, sed ab ipso Cycli auctore, cuius in matrem ep. 552 compositum est, lemmata cum regionis mentione (*ἐν Βυζαντίῳ, ἐν Προύσῃ*) accesserint; at illorum, quae supra indicata sunt, epigrammatum non titulos tantum, sed ipsos versus e collectis a Gregorio copiis fluxisse arbitror; epp. dico 327—340 pleraque et ex epp. 656—677 quaedam sumpta esse ex sylloge Gregorii Mag. *τοῦ Καμψικοῦ* (v. ad ep. 334), quem inscriptionibus illis conquisitis poematia eiusmodi alia in variorum scriptorum libris epigrammatumque syllogis obvia adiunxisse non negaverim. — Lemmata ipsa, quae L scripsit, eius generis sunt, ut verba ab lemmatista ad ep. 594 adposita '*ὡς τὸ ἐπίγραμμα λέγει*' in argumenta eius, si non omnia, at plurima quadrent; tenendum tamen et faciliora et difficiliora epp. multa esse a lemmatista (sive ab eo, cuius interpretatione argumenta nituntur) non satis intellecta aut imperite ac neglegenter reddita, nec istius inscitiae quae passim in lemmatis ab L exaratis occurrunt exempla hic afferemus, cum praesertim de hac quoque re Finslerus in criticis suis commentationibus disseruerit; nec mirum parum aptis, quos corrector toleravit, titulis etiam ineptiores fuisse illos, quos C partim emendatione mutandos partim rasura tollendos putabat; sed quas vices multorum epigrammatum tituli varia librariorum opera subierint, quoniam saepius ut pristina scriptura post rasuram s. correcturam dignosceretur contigit, satis, opinor, ex epigrammatum adnotatione apparebit. Quod vero hic lemmata ab L cumulantur, illic contra omittuntur ita ut correctorem

lemmatistae munere fungi videamus, praecipua eius rei causa repetenda est ex epigrammatum quam lemmatista sequebatur divisione saepe perversa, sive falso quod unum est ep. in plura distrahebatur sive plura in unum iungebantur sive in separandis epigrammatis non sui cuique versus tribuebantur. Sic (ut alia omittam) epp. 627, 628, 577, 728 L in bina diremit binisque singula lemmatis instruxit, cum C ad 627 sq. notulam 'ζτ. εἰ ἕν ἐστι τὸ ἐπίγραμμα' adponeret (cf. ad 606), idem epigrammatis 577 et 728 pro geminis lemmatistae titulis suum utrique restitueret (v. ad ep. 287, 470, 648, 716). Contra iunxit L epp. bina 436 (Chaeremonis?) sq., 486 sq., 490 sq., 646 sq. binisque singula lemmata adscripsit, unde accidit, ut epigrammatis 437, 487, 491, 647 tituli, quibus carebant, a C adderentur (cf. ad ep. 729, quod L ab epigrammate 462 iterum scripto non distinxit, ad epp. 505 sq. ab L contaminata); duos primos versus epigrammatis 612, quod in citharoedum, non in citharistriam scriptum arbitrabatur L, epigrammati praecedenti adiunxit pravumque adposuit titulum, quem C mutavit; cf. ad ep. 655.*)

*) Corrector ipse longe abest ut eiusmodi errores satis caverit; sic ep. 625, 1 sq. cum lemmatista priori epigrammati adnexuit nec in serie Philippea, quae epp. κατὰ στοιχεῖα disposita habet, manifestum epigrammatis initium animadvertit; epp. 726, 679, 272, 276, 741 geminis L instruxit lemmatis; similiter C titulis suis ex uno Leonidae in Platthidem epigrammate duo eiusdem in eandem, ex uno Sophronii duo in Ioannem fecit; epp. 272 et 276 in quattuor mutantur, quorum duo Callimacho et Hegesippo, duo incertis poetis tribuuntur; Crinagoreum 741 denique dirimitur ita, ut Crinagorae in Othryadem et adespoton in militem Romanum ex uno carmine oriantur. Primum fragmenti Theocritei (658—664) ep. cum lemmatista C pessumdedit, ut pro tribus epigrammatis (657—659) duo perperam aucta in cod. exstent; alterum (hexastichum compositum ex 658, 3 sq. et 659, 1—4) perverso lemmate instruxit L, eidem indicem suum *Θεοκρίτου οἱ δὲ Λεωνίδου Ταραντίνου* adscripsit corrector. Ceterum huius tituli alteram partem *Λεων. Τ.* primo exaraverat C eamque ex Cephalanae exemplari suo sumpserat; supplementum tituli (per marginis spatium *Θεοκρίτου οἱ δὲ* praeponere commodius erat quam subiungere *οἱ δὲ Θεοκρ.*) petivit vel ex sylloge Theocritea vel ex eo fortasse fonte, unde

Similia passim accidisse adnotatio docet nec plura exempla hic afferri oportet. Ceterum quo facilius epigrammatum ambitus a lectoribus cognosceretur, lemmatista interdum, longioribus praesertim carminibus, signum adhibuit, quo instructi versus ut partes unius eiusdemque epigrammatis notarentur: cf. ad epp. 260, 268, 273, 334, 338, 343, 345, 377, 427, ad duo epp. 327 sq. ab L in unum redacta; nec quid vellet signum lemmatista indicare omisit, qui cum versibus epigrammatis in Paterium (343) illud adpinxisset, idem verba '*εἰς τὸν Πατέριον τὸ ὅλον ἕως τοῦ σημείου*' versibus signatis adposuit (ut similiter L de exitu Damageti epigrammatis 735 monuit '*εἰς τὴν αὐτὴν ἕως ὧδε*' et seriem epigrammatum in Themistoclem finitam notavit verbis '*ἕως ὧδε τὰ Θεμιστοκλέους ἐπιγράμματα*' ad VII 237 additis).

Corrector (C) ad libri VII Palatini epp. pertractanda tribus deinceps usus esse videtur exemplaribus; primum erat Michaelis *Χαρτοφύλακος* s. Archivarii, ab hoc ex ipso Constantini libro descriptum teste correctore (*ἕως ὧδε τὰ τοῦ κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ μακαρίου περιεῖχον ἐπιγράμματα ἅτινα ἰδιοχείρως αὐτὸς ἔγραψεν ἐκ τῆς βίβλου τοῦ Κεφαλᾶ* P p. 273, cf. infra p. 297 sq.); adhibuit C Archivarii librum usque ad p. 273, alterum Anthologiae exemplar ab ep. VII 433 ad 497, tertium usque ad extremum librum septimum. Finem primi sui codicis notavit C et illis quae modo allata sunt et his verbis: *ἕως ὧδε ἀντεβλήθη πρὸς τὸ ἀντιβόλιν* (i. e. -*βόλιον*) *τοῦ κυροῦ Μιχαήλ*, similiter alterius exemplaris exitum: *ἕως ὧδε ἀντεβλήθη* (ad VII 497, cf. ad p. 349, 3 sqq.); quod hic scriptoris aut possessoris nomen non additur, vel ignotum correctori scribam vel ignobilem hominem fuisse colligi licet. Duo priores hi codices a C usurpati ad epp. adpositos habebant decadum numeros, qui a correctore in Palatinum translati sunt; inde ab ep. 497 de-

---

ep. 657 cum regionis indicio fluxisse arbitror, ex Gregorii Magistri libro, in quem fieri poterat ut etiam Theocritea quae ferebantur epigrammata reciperentur; certe particula Palatina, quae Alexandrini Leonidae ep. 660 continebat, in corona Meleagrea neutiquam locum habebat.

sunt litterae decadum indices, ut tertium illud correctoris exemplar iis caruisse videatur. Erant in Archivarii libro intra epp. 1—428 quadraginta tres decades litteris ι — λ (i. e. υλ′), in altero deinde codice ad epp. 438*—497 septem decades litteris μ (i. e. υμ′) — φ distinctae. Sequuntur hic istae litterae cum numeris epigrammatum, quibus eae a C adpositae sunt: ι 10, κ 20, λ 29 (accedit in computatione 23^{b}), μ 38 (dividitur in duo ep. 31), ν 49 (iunguntur in unum epp. 41 sq.), ξ 60 (tollitur ep. 53), ο 70, π 80, ϟ 90, ρ 101 (error ortus vid. ex continuatis in Biantem epp. 90 sq.), ρι 111, κ 121, λ 131, μ 141, ρν 151, ξ 161, ο 171, π 182 (neglegitur 177), ϟ 192, σ 202, σι 212, κ 220 (ep. in Laidem 218 pro tribus numeratur), λ 230, μ 240, σν 251 (comprehenduntur epp. 248 sq.), ξ 261, ο 271, π 280 (in duo distrahitur ep. 276), ϟ 289 (in duo dispertitur 287), τ 299, τι 309, κ 318 (fort. adnumeratur 577 epigrammatis in Timonem, cf. ad 315), λ 329 (coalescunt epp. 327 sq.), μ 339, τν 348 (non praetermittitur 344^{b}), τξ 358, ο 368, π 378, ϟ 388, υ 398, υι 408, υκ 419 (non separantur, ut vid., 416 sq.), λ 428 (pro duobus accipitur 427); supersunt septem alterius exemplaris decades: μ 438* (i. e. 231 altero loco scriptum; cohaerebant ante C epp. 436 sq.), υν 449 (ad unum rediguntur epp. 448 sq.), υξ 459, ο 469, π 476 (epp. 470 et 472 pro binis computantur et accedit 472^{b}), ϟ 486 (cf. ad hoc ep.), φ 497 (coniunguntur epp. 490 sq.). Haec etiam ob eam rem attuli, ut, si qui forte non quadrantes in margine Palatini numeros animadverterent, eos fere omnes certa causa, non temere aut oscitantis computatione ortos esse intellegerent.

Notula $\overset{\delta}{\omega}$ (ὧδε s. ἕως ὧδε, cf. $\overset{\delta}{\omega}$: $\overset{\chi}{\mu\iota}$ του χαρτ. P 273 in m.) alioqui ibi adscripta, unde C intermissam corrigendi operam repetiturus esset, in libro septimo dubitari non potest quin saepe adhibita sit ad signandam sedem, ubi decadis indicem adponi oporteret; velut coniunctae occurrunt vocula illa et litterae μ (38), σν (251), ϟ (388); subiectam reperies notulam numeris ρν (151), ϟ (192), κ (220), μ (240), υ (398), υι (408), proxime sequentibus superpositam litteris

σι (212), λ (329), ο (469), et adpinxit C ὧδε ad finem ep. 506, cum post ultimum decadis indicem, si eiusmodi computatio continuaretur, littera porro ad ep. 507 adponenda esset. Nec casui puto illud tribuendum, quod per omnes deinceps paginas usque ad finem libri, ut decadum indices desunt, sic ne notula quidem ista (uno loco excepto p. 322, v. ad 725, 4) usquam recurrit. — Quemadmodum A titulos fere omnes in margine scripsit, paucos epigrammatum textui inseruit (velut lemma ep. in Arcesilam 104, in Alexandrum 239, in Iovis sepulcrum 746), sic corrector raro indices suos non in margine adpinxit; quamquam eos ad quattuor Cycli epigrammata in textu collocavit, ad duo Iuliani in Pyrrhonem et Pamphilum philosophos (576 et 587), ad duo Agathiae (596 et 614), quorum postremo Cycli fragmentum (551—614) finitur. Qui vero insolita titulorum sede inscriptiones proprias ab epigrammatis fictis distingui putaret, manifesto erraret; ad casum potius talia referenda esse docet vel titulus ep. 178: cum A ep. 177 uno hexametro contineri non arbitratus lineam tamquam ad supplendum distichum reliquisset, C ea non ad pentametrum addendum, sed ad titulum seq. ep. inferendum usus est. Nec illud nisi raro evenit, ut, cum eiusdem poetae epigrammatum series inciperet vel cuiusvis sylloges fragmentum aliis epp. subiceretur, primo talis particulae epigrammati titulus suus in textu praeponeretur (fragmento, quod Leonidae Alexandrini epp. 547—550 complectitur, duo tituli, alter in textu, alter in marg. adiuncti sunt).

Epigrammata ab A omissa scripsit C duo: VII 2^b et 254^b, utrumque neglectum a Planude, alterum inter epigrammata in viros fortes (226—259) argumenti dissimilitudine conspicuum, sed ut ipsum quoque Simonideum aliis quae Simonidis nomen ferunt adnexum. Distichum ab A praetermissum addidit C 241, 8 sq. itemque singulos versus 363, 4; 382, 5 (cf. etiam Asclepiadae in Archeanassam ep. 217, cuius distich. alterum sic formatum, quale Diogenes et Athenaeus a Ps. Aristippo petiverunt, C partim cum L adiunxit, cum A alteram quam Planudes recepit formam tradidisset).

Iteravit C epp. libri VII ab A scripta decem: 20; 77 et 516; 364; 450, 477, 486; 577; 455; 53, scripsitque haec omnia in ea codicis parte, cui emendationem ex Archivarii libro adhibuit, novem priora ideo, ut quae eiusdem argumenti epp. vel in eosdem scripta exstarent in Cephalana dispersa, lectoribus iuncta proponerentur; rationem hanc similia dissipataque colligendi rarius videtur Michael in describenda Anthologia inisse, interdum satis diligenter sequebatur Planudes, ut idcirco etiam ordinem epigrammatum Palatinum hic illic permutaret. Epp. igitur in Sophoclem 20, 36 sq. C s. Michael (similiter ac Plan.) composuit; in eadem pagina (P 219) ep. 77 scripserunt A et C, sed corrector iunctum cum epigrammate sylloges Simonideae 516, quoniam duo epp. ad eandem de Simonide ac naufrago narrationem referebantur; Argentarii in locustam cicadamque ep. 364 adposuit C epigrammati 190, cum Constantinus eius generis carminibus 189—206 ex Meleagreis, Agathianis, aliunde collectis illud Philippeum addere noluisset, sed initio fragmenti Philippei reliquisset. Cum Aeschrionis in Philaenidem iambis 345 iunxit C Dioscoridae in eandem ep. 450, diserte Archivarium haec epp. ab ordine Palatini dissentientem continuasse testans (*ἐν τῇ τάξει τῶν ἐπιγραμμάτων τοῦ κυροῦ Μιχαὴλ οὕτως κεῖται συνημμένον μετὰ τοῦ ἰαμβικοῦ*); sed utrum Archivarius an suo Marte corrector iambis illis duo alia epp., Tymnae 477 et Anytes 486, in cognomines mulieres composita, argumento tamen longe distantia adiunxerit, non diiudicem. Iuliani ep. 577 in Timonem e Cyclo petitum C adposuit Timoneis 313—320, in quibus aliud Iuliani ep. (319) inesse arbitror. Leonidae et imitatoris Antipatri in Maronidem epp. 455 et 353 iunxit C, hic etiam accuratior Planude, qui in capite epp. *εἰς μεθύσους* inter 353 et 455 duo alia de ebriosis epp. interposuit: exemplum correctoris Stephaniana demum secutura erat. Distichum de Hesiodi donario 53, a Cephala itemque Planude epigrammatis in poetas (in Hes. 52—55) insertum, C inter anathematica rettulit et notavit ep. ab A inter sepulcralia scriptum signo suo delendi. Idem signum (cf. ad VII 53) applicavit C epigram-

mati 183: duo epp. 183 sq. cum A ab eodem versu, hexametro priore epigrammatis 184 incoharet, C non solum versum praepostere ab A inlatum, sed duos quoque eum excipientes damnavit; etiam ad primum versum ep. 515 ab A in infima pagina seorsum a ceteris eiusdem carminis versibus scriptum obelum suum adpinxit C, cum illum versum, ne partes ep. dirimerentur, in superiore margine paginae sequentis iteraret; ad ep. 230, 1; 413, 1; 423, 1 notulam non adpinxit, etsi hi versus eodem modo atque 515, 1 ab A scripti et a C iterati sunt. Occurrit autem signum delendi et ad dist. 472^b, quo prior pars epigrammatis 472 ab altera separatur, et ad nomen *Φιλίππου Θεσσαλονικέως*, quod C ipse cum duplici insuper auctorum indice ad epp. 236 sq. adposuerat. Titulum autem *Φιλίππου* corrector ab A scriptum bis incertum reddidit (cf. ad ep. 405 et 692), eundem a se ipso exaratum bis damnavit (cf. ad 236 sq. et 455). — Ad epp. septimi libri ex nono C (s. Archivarius) tria ascivit IX 447, 61, 397 adnexuitque ut idem argumentum variantia epigrammati in Demetrium VII 230, cui, ut res absolveretur, etiam VII 433, 531 adiungi poterant (recepit Plan. noni l. Pal. epp. 61, 397, 447 iuncta inter *ἐπιδεικτικά*, in l. I^a, epp. VII 230, 433 inter sepulcralia, unum omisit VII 531); ad epigrammata in Hectorem (VII 137—140) aliud in eundem noni libri non totum adposuit, sed indicavit C (v. Finsl. p. 111).

Ex iis, quae de scribae A lemmatistaeque titulis dicta sunt, correctorem apparet inde ab ep. 156 nomina auctorum paucis exceptis (v. p. VI sqq.) omnia scripsisse, lemmata quaedam ipsum addidisse, haud pauca ab L adposita mutasse; in priore parte, in qua A indices epigrammatum ex suo exemplari sumptos exaravit, ut L ita C paucos addidit titulos, velut *Ἀντιπάτρου Σιδωνίου* ad ep. 34 (cf. cod. Gotting. phil. 29 f. 2^b), *Μνασάλκου* ad 54, *Ἀντιπάτρου* ad 136, *Ἴωνος* (*Ζωνᾶ*?) ad 43, *Σιμμίου* ad 60; *Γεμίνου* ad ep. 73 restituit ex *Γερμινοῦ*, unde Planudes suum *Γερμανικοῦ* finxit; *ἢ Μεσσηνίου* adscripsit ad Alcaei ep. 55, lemmatistae additamento *Μιτυληναίου* fidem derogans.

De nomine gentili aliisque additamentis auctoris indici

modo accedentibus modo non adscriptis hic pauca monenda, plura in notis allata sunt, quaedam praefationi reservantur.

Ἀδαίου et *Ἀδδαίου* scripsit in l. VII A, *Ἀδδ.* C sine gentili *Μακεδόνος*; titulus *Ἀδδαίου Μιτυληναίου* (C VII 305) errore ortus videtur ex *Ἀλφειοῦ Μ.* (non *Ἀλκαίου*); auctor libri *περὶ ἀγαλματοποιῶν* non vid. epp. condidisse; Macedoni non est cur abrogentur epp. 51, 240 (cf. 51, 5), 238 (A), 694 (C).

Ἀλεξάνδρου Aetoli est ep. 709, cui gentile non adscriptum; ep. 534 '*Αἰτωλοῦ Αὐτομέδοντος*' tribui solet Alexandro; fortasse excidit ep. Aetoli post 533 (*Διονυσίου* †'*Ανδρίου*), nam 534 equidem Automedontis Cyziceni quam Alexandri arte dignius arbitror.

Ἀλκαίου sine additamento exstat ad ep. 247 (C); *Ἀλκ. Μεσσηνίου* scripsit C ad epp. 412 et 495, *Ἀλκ. Μιτυληναίου* idem ad epp. 429, 536, L ad 5; nomini *Ἀλκαίου* ab A scripto adiunxit *Μεσσηνίου* ad VII 1, 55 C, *Μιτυληναίου* ad 55 L; haec epp. inter plures auctores frustra, opinor, dividuntur.

Ἀντιπάτρου Σιδωνίου scripsit ipse A ad epp. VII 14, 23, 29 sq., 146, 241, 745, eundem titulum C ad epp. 34, 161, 164, 165, 172, 218, 246, 303, 353, 423—425, 426 (in Teleutiam Coum, Iasensium decreto honoratum: cf. Inscr. of Cos 15), 427, 625. Titulo *Ἀντιπάτρου* ab A scripto addidit *Σιδωνίου* L ad epp. 748, 2, 6, 8, 26, 81. Ex his certe unum 625 non est Sidonii, sed Thessalonicensis; quae praeterea epp. recentiori tributa sint aut de quorum origine dubitari liceat, in adnotatione exponitur; ep. 164 fort. Archias composuit (cf. 140). *Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέως* scripsit A ad VII 18, 39, C ad 168, 185, 216, 236, 286, 409, 413, 493, 530 sq., 666, *Ἀντιπ. Μακεδόνος* C ad 289. Ex his epp. 409, 413, etiam 493 in fragmento Meleagreo Sidonii sunt, eiusdem vid. ep. 286 in naufragum Tyrium, quod Meleagreis epigrammatis continuatur. *Ἀντιπάτρου* titulo nudo instructa certe Sidonii sunt (ut in fragm. Meleagreis obvia) epp. 464, 467, 498, 711, 713, Thessalonicensis (ut ex fr. Philippeis petita) epp. 367, 390, 398, 402, 629, 637, 639 sq., 692?, quibus accedit 705. Antipatro (Sid.) potius quam Meleagro ep. 470 cum Planude tribuendum; ep. 369 in

Antipatrum rhetorem non Antipatrum, sed Adaeum opinor condidisse; quod ex ipsius epigrammatis colore verbisque suspicabar (cf. ad 369), probabilius videbitur, si epigrammatographus Adaeus idem est atque rhetor Asianus, cuius Seneca in controversiis meminit. De reliquis quae supersunt Antipatrorum epigrammatis (15, 27, 65, 75 A, 136, 209 sq., 232, 252, 287 sq. C, 743 A), sive in minoribus minusve certis exstant fragmentis Meleagreis aut Philippeis, sive in aliis particulis, conferenda adnotatio. Ceterum recte fort. Sidonium abstinuisse hiatu trochaico statuitur, sed incautius, opinor, iudicant qui formulam *ἴδ' ὡς* adhibitam pro certo aut recentioris aut alterius poetae indicio accipiunt.

Ἀντιφίλου scripsit A ad ep. 141, ubi *Βυζαντίου* addidit L; C gentile modo adiunxit (375, 379, 622, 630, 634), modo omisit (175 sq., 399, 641); Byzantii ingenium produnt epp. 152, 225, 279 et (in lusu postremi distichi) 336.

Antonii Thalli Milesii epp. titulo *Θάλλου* (VI 235) s. *Θαλοῦ* (VI 91) instructa sunt ab A, *Μιλησίου* add. ad VI 91 C, qui epigrammati IX 220 *Θαλοῦ Μιλησίου*, ep. VII 188 *Ἀντωνίου Θάλλου*, denique ep. VII 373 *Θαλλοῦ Μιλησίου* adposuit. Ab eodem poeta, liberto Antoniae, Germanici matris ep. 492 compositum videtur, v. p. 345 (doricae ionicis formae intermixtae reperiuntur in ep. 492 ut in aliis Milesii epp., cf. inprimis IX 220).

Ἀνύτης sine additamento scripsit C ad epp. 202, 490; ceteroqui vel *λυρικῆς* (208) vel *μελοποιοῦ* (215, 486, 646, 649, 724) adiunxit; perperam Tegeatidi Planudes vindicat epp. 232, 236, 189; ep. 190 (*Ἀνύτης οἱ δὲ Λεωνίδου* C) Leonidae Alexandrini videtur; perversum gentile *Μιτυληναίας* adiunxit C ep. 492 alieno ab Anyte; distichum in servum Manen 538 non poetriae est, dignius, opinor, Cratete vel Theaeteto videri potest.

Ἀρχίου scripsit A ad 68, 140, AC ad 147; de titulo *Ἀ. Μακεδόνος* v. p. IX. *Ἀρχ. Βυζαντίου* est teste correctore ep. 278; at hoc gent. fort. spectat auctorem ep. 279 Antiphil. Byz., cf. LXXVII (eiusdem Archiae vid. 278 atque 214, XVI 94: cf. 214, 7; 278, 3; 94, 3). *Ἀρχ. Μιτυληναίου* scr. C ad

VII 696 (cf. VI 195 de Micci tuba); nudum *Ἀρχίου* nomen addidit idem C ad epp. 191, 213, 214; haec tria epp. cum 68 et 147 a Reinachio tribuuntur Antiochensi; quamquam epp. 191 (*ἁ πάρος, νῦν, οἷα*), 213 (*πρὶν μὲν, νῦν δὲ, πίτυος* in fine pent.), 214 (*οὐκέτι ὡς πρίν*), si Antiochensis et Mytilenaeus distinguuntur poetae, rectius huic vindicantur: cf. 696 (*οὐκέτι ὡς πάρος, πίτυος*), IX 19 (*Μιτυληναίου* C: *ὃ πρὶν, νῦν, οἷα*). Ex duobus epp. 164 sq. prius Archiae, alterum Antipatro tribuerim. Ceterum si quis Archiaca l. VII omnia ad unum Archiam (Antiochensem) referri velit, additamentis *Βυζ.* et *Μιτυλ.* non patriam poetae, sed variam peregrinantis sedem indicari ratus, etsi non admodum probabilia haec videntur, tamen negari non poterit, quin diversitatem auctoris manifestam epp. illa nec sua in Cephalana sede nec oratione aut argumento prodant.

Ἀργενταρίου omisso praenomine scr. A ad 364, *Μάρκου* add. C, qui idem in libro VII ceteris Argentarii epp., omnibus in magno fr. Philippeo (364—405) obviis (374, 384, 395, 403), pleniorem titulum *Μ.Ἀργ.* adscripsit.

Λολλίου Βάσσου scripserunt AC ad ep. 243, C ad 372, *Βάσσου Λ.* idem C ad 386 (cf. V 123, 6), 391; poeta Philippeus diversus vid. a Smyrnaeo (Diogenianeo? v. XI 72).

Βιάνορος nomini addidit gentile A ad ep. 49, C ad ep. 396 (*βυθηνοῦ* A, *βυθινοῦ* C); omissum est *Βιθυνοῦ* a correctore ad 387 sq., ad 671 (f. a Bianore non alienum, etsi ep. ad eum dubitanter C, ad incertum auctorem refert Pl.); *γραμματικοῦ* adiunxit C titulo ep. 644, quod non vindicem Diodoro (ceterum cf. VI 348, 1; VII 700, 4; 627, 4; 404, 3).

Διοδώρου inscribuntur epp. 38, 40, 74 (A), 370, 624, 627, 632, *Διοδώρου γραμματικοῦ* 700 (701 *τοῦ αὐτοῦ Δ.*), *Διοδ. Ταρσέως* 235, *Ζωνᾶ Σαρδιανοῦ* 404 (C), *Ζ. Σ. τοῦ καὶ Διοδώρου* 365 (A); grammatici Tarsensis ex his videntur epp. 38, 40, 370 in poetas (cf. tamen *Βάκχῳ καὶ Μούσῃσι μεμηλότα* cum V 121 *μέλων πολλοῖσι*), 74 et 235 (in Themistoclem); nec ep. in Paulam Tarentinam ab eo abiudicarim (700); cetera l. VII epp. Diodorea titulis *Διοδώρου, Ζωνᾶ Σαρδιανοῦ* non ita distincta, ut alio nomine

alius poeta indicaretur, ad Diodoros Sardianos antiquiorem et iuniorem referenda videntur; quae amici Strabonis (*τοῦ νεωτέρου*), quae alterius Zonae (*τοῦ πρεσβυτέρου* Str. p. 628) epp. sint definiri nequit, etsi in quibusdam ex illis epp. inveniuntur, quae alterius utrius propria videri possint; velut epp. VII 701, 627, 404 eidem Diodoro tribuerim, nec, si quis epp. 365, 632, 624 ab uno poeta scripta velit, obloquar. (Auctor epp. 38 et 370 quicunque fuit, non ignorasse vid. Theaeteti ep. in pugilem Pythagoram, quod exstat apud Diog. Laert. VIII 48.) Diodoreis adnumerem ep. 699.

Διονυσίου Ἀνδρίου inscribitur ep. 533 a C: gentile *Ἀνδρίου* incertum, ex titulo ep. 534 ⟨*Ἀλεξάνδρου*⟩ *Αἰτωλοῦ* fort. ortum; ep. 533 videtur eiusdem atque V 80 (sophistae, quem musicum Halicarn. fuisse non constat). *Δ. Ῥοδίου* scr. C ad ep. 716; hoc gentile in rasura exaratum finxisse potest, qui ep. in hominem Ialysium conditum esse vidit; *Δ. Κυζικηνοῦ* inscribitur ab A ep. 78, quod eidem poetae vindicaverim atque 716. Nudo *Διονυσίου* nomine a C instructum est ep. 462; confusos inter se titulos esse epp. 461 et 462, ut prius ad Dionysium, alterum 462 (in mulierem Tyriam) ad Meleagrum referendum sit, non iam contenderim. Ep. 51 non Planudes, sed editiones Pl. Dionysio tribuunt.

Διοσκορίδου inscripsit A epp. VII 31, 37, (*Διοσκόρου*) 76; item C nudo *Διοσκορίδου* nomine cetera poetae epigrammata instruxit; soli ep. 178 gentile *Νικοπολίτου* adiunxit C, sed et hoc (cf. 178, 3 cum XII 171, 3) et adespoton 179 (v. p. LIV) idem videtur composuisse auctor, quem Alexandriae aliquamdiu vixisse putant; oriundus fortasse erat ab urbe Isso (cf. Steph. Byz. *Ἰσσός· πόλις — ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν, ἣ ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις*). Geminus titulus *Διοσκορ. οἱ δὲ Νικάρχου* exstat ad ep. 166; ex *Νικαρέτης* nomine in ep. obvio fieri potuit ut perversum titulo additamentum accederet; nam quin ep. Dioscoridae sit vix licet dubitari nec ab eo ep. 167 (*οἱ δὲ Ἑκαταίου Θασίου*) abiudicarim; eidem sive Leonidae ep. 82 vindicaveris; ep. 484 Dioscoridae abrogare non ausim.

Diotimi Milesii, poetae Philippei, epp. nulla in l. VII

exstare arbitror; Meleagrei inscribuntur a C Διοτίμου titulo ep. 227 (quod eiusdem videtur atque XVI 158), epp. 261, 475, 733; gentile Ἀδραμυττηνοῦ (cf. Steph. B. s. v. Γάργαρα) in P non additur; ad ep. 420 adscripta sunt verba Ἀθηναίου τοῦ Διοπείθους, sed haec in rasura scripsit C et perperam, opinor, e [Plutarchi] decem orat. vit. 844 fort., ad titulum Palatinum transtulit. Utique Diotimi nomine instructa epp. Palatina ad duos, non tres poetas referenda, partim ad iuniorem Milesium, partim ad unum Meleagreum, quem Adramyttenum Arati aequalem fuisse verisimile videtur. Ideo quod epigrammatis in tibicinem Lesbonem verba (420, 1) 'οὐ γὰρ ἂν ὧδε — ἀμφεκάλυψ' Ἀίδης' mire congruunt cum Tymnae verbis 'οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ὤλετο (729, 2), praeterea Tymnae de Micci tibia ep. anathematicum 151 reperitur, ep. 420 Tymnae potius quam Diotimi esse non contenderim. Diotimo tribuo ep. 228, non item 173; cf. ad 739.

Ἐρυκίου titulo inscribitur ep. 36 ab A (L, C), eodem epp. 174, 368, 377 a C; Κυζικηνοῦ addidit C ad ep. 230, Θετταλοῦ ad 397; Κυζ. verum esse gentile testatur ep. 368 in mulierem Atticam, quae Cyzici obiit ibique sepulta est, scriptum; epigrammatum quae sese excipiunt (397 sq.) tituli prisci: Ἐρ. et Ἀντ. Θεσσαλονικέως poterant ita depravari, ut mutilatum gentile alterius Θετταλοῦ ad indicem prioris transferretur (cf. p. XVIII ad epp. 278 sq.), nisi emigrasse ex altera in alteram regionem Erycium statuere mavis; sed ut gentile utrumque recte se habeat, certe non duos Erycios cognomines epigrammatum scriptores discernere licet.

Scripturam nominis Gaetulici variabant libri VII scribae ita, ut ab A γαιτουλιχου (ep. 71 P^ar^), γαιτουλίκου (244), a C γαιτουλ (ep. 71), γαιτούλλου (275), γαιτουλίχου (354) exararetur. (Planudis autographon γαΐτου 244, γέτουλίκου 245, γέτου λίκου 275, γαιτουλίου 354 exhibet.) Ep. 245 a C τοῦ αὐτοῦ inscribitur: non Gaetulici est ep., quod mihi composuisse vid. Chaeremon, cf. p. LI. Si ut Gaetulicus recte, ita Honestus perverse adnumerantur poetis a Diogeniano receptis, fragmentum Anthologii Diogenianei nec epigrammatis 274 sq. continetur nec ullum omnino in l. VII reperietur.

Γλαύκου Νικοπολίτου scripsit C ad ep. 285, eiusdem videntur epp. IX 341 et XII 44 (cf. *τὰ παίγνια δ' οὐδὲν ἐκεῖνα* 44, 3 et *τὰ δ' ὀστέα ποῦ ποτ' ἐκείνου* 285, 3; *ἐκόλαψ' ἐνέπειν*? 341, 4 et *γνωστὰ μόναις ἐνέπειν* 285, 4). Atheniensi Glauco tribuuntur IX 774 sq. epp. in Bacchae statuam composita; etiam ep. XVI 111 (ipsum quoque de artis opere, imagine Philoctetae scriptum) ad Atheniensem potius quam ad Nicopolitanum rettuleris (cf. 111, 5 et 774, 3).

Ἡρακλείδου inscripsit C ep. 281, gentile *Σινωπέως* add. ad ep. 392. *Ἡρακλήτου* pro *Ἡρακλείτου* omisso gentili scr. ad ep. 465 (ubi Pl^{M} perverse *Ἡρακλείδου* exhibet). Heraclidae Sinopensis, poetae Philippei, est in fragmento Phil. ep. 392; Heraclitus poeta Meleagreus, Callimachi amicus Halicarnassensis (VII 80, 4), composuit ep. 465, quod Antipater Sid. imitatur, et fort. (quod cum poetae dialecto congruit) ep. 281, ut Isidorus imitator Heracliti, non inventor argumenti epp. 280 sq. existimandus sit.

Titulus ep. 43 *Ἴωνος* non ab A, sed a C exaratus caret gentili, errore, ut videtur, ortus scribae, qui nomina *Ἴωνος* et *Ζωνᾶ* fort. permutavit.

Poetae Philippei *Ἰσιδώρου* nomini gentile *Αἰγεάτου* ubique (156, 280, 293, 532) adiunxit C. Cycli poetae *Βολβυθιώτου* (VI 58) inter sepulcralia nullum ep. exstat.

Iuliani epp. instruxit A tam in l. VII (32, 58, 69) quam in l. V et VI titulo *Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου*; corrector adposuit *Ἰουλ. Αἰγ.* epigrammatis 580 sq., 584, 590, 594; *Ἰουλ. ἀπὸ ὑπάτων* idem C epigrammatis 565, 576, denique idem *Ἰουλ. ἀπὸ ὑπάτων Αἰγυπτίου* epp. 561 sq., 603, 605; ad nullum Iulianeum ep. l. VII scripsit C *ἀπὸ ὑπάρχων*. Itaque in titulo ep. 597 a C scripto apparet compendio *ἀπὸ* $\overset{\pi}{\upsilon}$ significari *ἀπὸ ὑπάτων*, contra *ἀπὸ ὑπάρχων* dici in titulo ep. 69. Planudes non *ἀπὸ ὑπάτων* praebet, sed variante indice modo *Ἰουλιανοῦ* modo *Ἰουλ. Αἰγυπτίου*, etiam *Ἰουλ. ἀπὸ ὑπάρχων*, denique (cum A) *Ἰουλ. ἀπὸ ὑπάρχ. Αἰγ.* exaravit. Iuliani epigrammatum sylloge et Agathiae et Cephalae temporibus exstabat, eamque

adhibuit uterque, unde factum, ut Iuliani epp. non solum in Cycli fragmentis Palatinis insint, sed aliis etiam partibus Anthologiae Cephalanae inserta reperiantur; sic epigrammatis 356 sq., 360 sq. series Iulianea effici videtur et altera eiusdem sylloges particula contineri epigrammatis 308 (307?)—310.

Λεωνίδου <s. λεωνι^{δ}> *Ταραντίνου* sunt teste C epp. 198, 655—657, 660, <661>; ex his duo 656 et 660 isopsephia restituta Alexandrino vindicavi; ep. 661 sumptum videtur cum proximis 658—660 et 662—664 e sylloge Theocritea (vel ex opere Gregorii, si inter inscriptiones, quas hic collegit, Leonidea quoque et Theocritea epp. exstabant). *Λεωνίδα Ταραντίνου* adscripsit idem C epigrammatis 295, 422, 440, 448 (sq.), 648, 652, 654, 719, 736, quae recte Tarentino tribuuntur, nisi forte e duobus 448 sq. alterutrum Antipatro vindicare mavis. Nomen gentile semper omisit A scripsitque *Λεωνίδου* ad epp. 19, <35>, 67, e quibus unum, in Alcmanem ep. 19, ut *ἰσόψηφον* ab Alexandrino conditum videtur; C quoque gentile saepius praetermisit, ut vel *Λεωνίδου* — ad epp. 163, 264, 266, 273, 283, <452>, 455, 478, 662, <663, 665, 726 sqq.> — vel *Λεωνίδα* — ad 408, 463, 466, 472, 480, 503 sq., 506, 726 (1—6), 731, 740 — adpingeret; tenendum tamen priscum indicem erasum esse ad ep. 163 *Ἀντιπάτρου*? et ad 455 (iambos in Maronidem) *Φιλίππου Θεσσαλονικέως*. Ep. 715 iure tribuitur Leonidae, licet lemmatistae errorem (confundentis Alexandrinum et Tarentinum) corrector titulo suo confirmet; nec ep. 662 a Tarentino alienum videtur, cui adespota 321 et 125 vindicem. Binorum auctorum, e quibus Leonidas alter, indicem praeferunt epp. l. VII haec: 13 *Λεωνίδου οἱ δὲ Μελεάγρου* (A), 173 *Διοτίμου οἱ δὲ Λεωνι^{δ}* (C), 190 *Ἀνύτης οἱ δὲ Λεωνι^{δ}* (C), 316 *Λεωνι^{δ} ἢ Ἀντιπάτρου* (C), 658 (sq.) *Θεοκρίτου οἱ δὲ Λεωνίδου Ταρ.* (C, cf. supra p. XI not.), 35 *Λεων.* (A) [*Πλάτωνος* C]; duo ex his Alexandrini videntur, 173 et 190; de ep. 316 v. p. 213; ep. 13 Meleagrine an Leonidae sit, ambigitur; 658 neutrius, nec Theocriti nec Leonidae esse apparet (v. ad epp. 652, 739).

Λεωνίδου Ἀλεξανδρέως inscribuntur a C epp. 547—550 (praemissa Cycli fragmento); ad epp. 668 et 675 non adiunctum gentile, sed additamentum *ἰσόψηφον* auctorem indicat. Epp. 19, 173, 190, 656, 660 ut isopsepha recentiori Leonidae tribuenda esse supra monui.

Μελεάγρου nomini gentile nec ab A (13, 79) nec a C additur; titulus hic ad alteram partem epigrammatis Dioscoridae 31 idemque ad epp. in Heraclitum Ephesium 79, in Lycambides 352 adpositus non ipsum auctorem versuum videtur indicare, sed conditorem Coronae, in quam epp. illa recepta erant. Ep. 470, cui *Μελεάγρου* in rasura adposuit C, rectius fort. a Planude Antipatro tribuitur, sed huic poetae nec ep. 468 nec 182 (quamvis simile Sidonii epigrammatis) vindicaverim. Meleager igitur, si epp. 182 et 13 composuit, bis idem Erinnae ep. 712 spectavit.

Μνασάλκου nomen nudum scripserunt A et C (cf. ad ep. 242), nisi quod hic uni ep. 171 *Μνασ. Σικυωνίου* adposuit. In titulo ep. 405 sub *Μιμνέρμου* nomine latere *Μνασάλκου* putabat Hiller, corrupit fort. C nomen *Μυρίνου*.

Νικάνδρου nomen nudum adposuit C epigrammati 435, *Κολοφωνίου* addidit ad ep. 526. *Νικαινέτου* titulus nec *Σαμίου* nec *Ἀβδηρίτου* gentile adiunctum habet (ep. 502). Ad Samium poetam (Nicaenetum) olim referebam et ep. in Samium tibicinem Telephanem VII 159, quod ab L Nicarcho tribuitur, et ep. in Samiam Lamiscam 166; certe alienum est utrumque ep. a poeta Anthologii Diogenianei, nec praeter scoptica huius Nicarchi epp. cognominis vetustioris poetae in Anth. Palatinam recepta videntur.

Duo l. VII epp. *Ὀνέστου* nomine instructa sunt, prius 66 ab A omisso gentili, alterum 274 a C addito *Βυζαντίου*. Omnia quae in l. IX et XI exstant *Ὀνέστου* epp. certe sunt Philippea; etiam ep. 66 a poeta Philippeo (Corinthio) compositum arbitror, nec obstat, quod hoc ep. Meleagreis insertum videtur; nam particula epigrammatum 63—68 non e certa sylloge fluxit, sed variae originis epp. quae in eodem argumento versantur continet. Porro conlatis tetrastichis IX 292 (*Ὀν.* Phil.: *αἰαῖ, — πικρῷ ὕδατι*) et VII 274 (*αἰαῖ,*

ἄλα πικρήν) unum omnino epigrammatographum Honestum (sive Corinthium s. Byz., certe Philippeum) fuisse suspiceris.

Παρμενίωνος scripserunt ad ep. 239 A (L), ad epp. 183 sq. C, qui *Μακεδόνος* ad IX 43, 114, 342 adiunxit.

Παλλαδᾶ nomini addiderunt gentile *Ἀλεξανδρέως* tam L (ad ep. 683) quam C (ad epp. 607, 610, 681). Petivit epp. Palladae Cephalas, si quae huius poetae in Cyclo erant, inde pauca, plura ab ipsa Alexandrini sylloge, in quam non Palladae solius sed et aliorum poetarum epp. videntur recepta fuisse, cf. tit. ep. 339. Tituli *Παύλου* et *Παλλαδᾶ* interdum, opinor, permutati sunt a scribis; quae in l. VII exhibentur Pauli epp. reperiuntur omnia in magno Cycli fragmento (551 — 614) praeter duo (VII 4 et 307, quorum alterum fort. Palladae epigrammatis rectius adiungitur).

Πέρσου nomine nudo instruxit C epp. 501, 730; *Π. ποιητοῦ* scripsit ad 539, *Π. Θηβαίου* ad 445, *Μακεδόνος* ad 487. Neutrum gentile damnandum et eundem tamen Persen vel titulo variante intellegendum esse demonstravi J. J. 1893, 675. Persae videntur epp. 298, 338.

Titulus ep. *Φαιδίμου* 739 gentili nomine (*Βισανθηνοῦ*, cf. Steph. Byz. s. v. *Βισάνθη*) caret; ep. initium idem habet quod irrisorium in Diotimum ep. Arati: *αἰάζω Πολύανθον ὅν* — *αἰάζω Διότ. ὅς*; priscus nunc erasus index ep. 739 si *Διοτίμου* erat (ac non *Λεωνίδα* scripserat C aberrans ad ep. sq.), facetius certe Aratus ipsius Diotimi versu usus iocatur.

Φιλίππου Θεσσαλονικέως scripsit A ad ep. 692, L ad ep. 362, C ad epp. 234, 382, 394, 554, idem alioqui (ad epp. 186 sq., 383, 385) nomen solum *Φιλίππου*. Tituli controversi ita, ut cum alio poeta Philippus componatur, exstant ad ep. 455: *Λεωνίδου* C *Φιλίππου Θεσσαλ.* P[ar], ep. 405: *Φιλίππου* A *Μιμνέρμου οἱ δὲ Φ.* C, ad 692: *Φιλίππου Θεσσ.* A *Ἀντιπάτρου* C; ad ep. 236 sq. v. p. 161; ter videntur Coronae auctoris et poetae ab eo recepti nomina iuncta (*Μυρίνου*?, *Ἀντιπάτρου*, *Ἀλφειοῦ* — *Φιλίππου*, ep. 405, 692, 237), sed epigrammatis in Maronidem titulus erasus (*Φιλ.*) verior videri potest eo, quem C pro illo intulit. Ep. 187 C priore loco Philippo, altero Simonidi, Planudes Leonidae

vindicat; at ep. in Nicus filiam compositum (187), si quidem in certo Philippi ep. IX 89 Nicus nomen iterum occurrit, a Thessalonicensi abiudicare vix licet. De ep. 554 v. p. LVIII.

Πλάτωνος φιλοσόφου scripsit L ad ep. VII 99; cetera quae Platonica feruntur sive e Corona Meleagrea petita (256, 259?; 265, 268 sq.) sive e Diogenis Vitis sumpta (100, 669, 670, 259?) instruxerunt A (ep. 100) et C nudo *Πλάτωνος* nomine. (Ep. 259 incertum e Cor. sumptum sit an e Vitis; in Ps.-Aristippi libello *περὶ παλ. τρυφῆς* fuisse epp. 99, 669 sq. cum V 77—79 et Asclepiadeo VII 217 testatur Diog., non defuisse ep. 100 recte colligitur.)

Σιμμίου (non *Σιμίου*) et A scripsit ad ep. 21 et C ad epp. 60, 193, 203, 647; gentile *Θηβαίου* titulo ep. 21 adiunxit lemmatista, inter scribas Palatinos testis minime locuples; *Ῥοδίου* aut *γραμματικοῦ* Simiacis libri VII epigrammatis nec A nec C adposuit; videntur autem tam epp. 21 sq. quam 193, 203, 647 ad eundem referenda esse poetam Rhodium, quem in epp. Sophocleis (21 sq.) a dorica dialecto recessisse vix est quod mireris. Titulum ep. 60 *Σιμμίου* in rasura scripsit C, et videtur hoc in Platonem ep. propius ad artem Zonae Diodori accedere quam ad elegantiam poetae, qui ep. VII 22 composuit.

Σιμωνίδου nomen nudum scripserunt A et C, nisi quod C *τοῦ Κήου* (sic) ad duo epp., 296 et 348, adposuit (cf. ad 24). Quae Simonidis nomine feruntur epigrammata utrum sexti quintive saeculi an recentioris sint originis pleraque negotium diiudicandi fere nullum exhibent, quorundam definire aetatem perquam difficile est, velut distichon 96, 1 sq. (B.), quod quinti saeculi elogium lapis nuper repertus testatur, vir inter criticos excellens pro vili temporis posterioris fetu habebat. Multa ex epp. Simonidi tributis non posse composita esse a poeta Ceo dudum constat; quae vere Simonidea sint, ab ipso Simonide condita, non tantum digna eo aut ab eius aetate non aliena, exponere nihil attinebit, nisi, quod hic fieri non potest, de prima sylloge Simonidea eiusque origine, de collectione Sim. epp. Alexandrina, etiam de varia recentiorum syllogarum compositione certa sententia proposita

ac probata erit. Sed probabiliter, puto, ex Simonideis eximuntur epp. VII 20, 24 sq., 77, 250 sq., 253, 254 (relatum ad a. 457, ad pugnam Tanagraeam a Wilhelmo, qui fragmenta inscriptionis adhuc neglecta huic ep. vindicavit, cf. Ephem. 6 Febr. 1899, infra p. LXXVI), 257, 258, 296, 300, 301, 344, 347, 349, 431, 442, 443, 647, ut quae Cei possint esse epp. in l. VII perpauca exstent. Seriem epp. 507—516 (non Mel.) fort. recte a Simonide abiudices; at temere ob eam causam, quod primis certe non Simonideis (507 sq.) plura titulo *τοῦ αὐτοῦ* continuantur, totam particulam damnaveris; epp. enim 507—513 (*Α*—*Φ*), 514—516 ex sylloge sumpta esse, quae non aliqua genuina cum epp. aperte spuriis mixta contineret, adhuc nemo probavit.

Στατυλλίου Φλάκκου inscribitur a C ep. 290, *Φλάκκου* ep. 542, *Φλάκκου ἢ Φαλαίκου* ab eodem ep. 650. Alterum, ep. 542, vel ex comparatis epp. IX 117, 56 ad Statilium referendum cognoscitur, at 650 ut Meleagreum non Statilii est, sed Phalaeci. — Ep. 73 in Themistoclem *Γεμίνου* titulo (omisso nomine *Τυλλίου*, cf. ad IX 707) instructum est a C, qui pristinum indicem correxit. Ad ep. 17 (in Sappho) *Τυλλίου Λαυρέα* adiunxit A, ad 294 non *Τυλλίου*, sed *τατυλλίου Λαυρέα* C (*Στατυλλίου* exhibet M); hoc ep., etsi cum ep. 542 argumenti genere aliquatenus potest conferri, tamen non Statilio potius quam Ciceronis liberto addixerim.

Epigrammata *Θεαιτήτου σχολαστικοῦ*, poetae Cycli, nulla in l. VII reperiuntur; quae in fragmentis Meleagreis exstant epp. *Θεαιτήτου* indice a C instructa, gentili nomine carent; ad Callimachi amicum (Cyrenaeum) omnia referri solent (444, 499, 727), quamquam non est negandum, quin ep. 727 dorice scriptum ad alium Theaetetum (et ipsum Meleagreum, Halicarnassensem?) referri possit, ut Cyrenaeo epp. 444 et (quod a Callimacho pendet) 499 relinquantur.

Θεοδωρίδα nomen scripsit C omisso gentili *Συρακοσίου*, in uno titulo ep. 282 forma *Θεοδωρίδου* utitur; distichon hoc (comparandum epigrammatis 264, 266, 269, 675), de naufrago, quisquis is erat, compositum, quamquam praeter Theodoridae morem defuncti nomen non continet,

tamen a poeta Syracusano non abiudicaverim; at ep. 528 haud scio an Diodori quam Theodoridae epigrammatis rectius adnumeretur (cf. *Λάρισσαν δὲ φίλην ἤκαχε καὶ τοκέας* 528, 4 et *Ἀστακίην δὲ μάλ' ἤκαχες* 627, 3 Diod., *κλαῦσε δέ μιν Νίκαια* 701, 3 Diod., *Θεσσαλίδες* 528, 2 et *Λεσβιάδες* VI 348,5); etsi pro reliquiis sylloges Theodorideae f. haberi possunt duae triades iunctorum epp., altera anathematicorum VI 155—157, altera sepulcralium VII 527—529.

Ex apographis Palatini G. (Guietianum) et R. (Ruhnkenianum) raro in adnotatione adhibentur, plura afferuntur ex apographo codicis Buheriani (ap. Buh. s. ap. B.), quod ab Io. Gottl. Schneidero ad Brunckii usum confectum (cf. vol. I p. VIII) non nullius momenti notas plerasque Salmasianas in margine exhibet. Continentur autem paginis 130—166 apographi Buh. epp. libri VII Pal. ea, quae Planudes (praesto erat Schneidero Stephaniana, cf. p. LXXX) non recepit, etsi quaedam epp. Pal. tam in Planudea quam in apographo reperiuntur, plura utrobique desunt. Nam cum e Palatinis epp. 748 Planudes 182 (v. infra p. LXXXII sqq.) praetermiserit, ap. Buh. quod Planudeam supplere debebat non plus centum quinquaginta epigrammata suppeditat. Omissa sunt ut in Planudea sic in apographo non tantum Laertiana (87 sq., 93—98, 101—107, 111, 113, 115—118, 133, 620, 706) et Theocritea (658 sq., 661, 663 sq.) ut aliunde nota, sed haud pauca etiam alia epp. velut: VII 2^b, 38, 154, 176 sq., 183, 188, 193, 211, 254^b, 409, 435 sq., 441, 443, 472 (7—16), 507^b; 534, 3 sqq., 677. Contra exstant, etsi in Planudeam recepta sunt, complura in apographo epp. velut: VII 228, 346, 357, 510, 580 sq., 606, 641, 652, 690, 745 (7—10) sq., etiam 229 et 270. Turbatum praeferunt ordinem epp. Palatinum inprimis numeri apographi 63—103; etenim ep. 496 (continuatum epigrammati 430) apogr. dirimit in duas partes, quarum altera (496, 3—6) praecedit p. 145 (n. 63), altera (496, 1 sq.) non ante paginam 154 (n. 103) subiungitur. Inter duas eiusdem carminis partes interposita sunt epp. haec: 497, 509—511,

514, 523, 531 (n. 70 apographi), 533, 544, 580 sq., 592, 609, 614, 618 sq., 625 (v. 3 sqq.: n. 80 ap.), 626, 633, 636, 638, 733, 706, 606, 469, 448, 449 (n. 90 ap.), 446, 450, 454, 457 sq., 473—475, 481, 482 (n. 100 ap.), 484, 495; iam sequuntur primum distichon ep. 496 et VII 640; huic quae in ap. adiunguntur epp. usque ad finem sepulcralium (*τέλος τῶν ἐπιτυμβίων ἐπιγραμμάτων* p. 166), ea ordinem Palat. satis accurate servant, nisi quod inter 739 et 742 mirum in modum ex nono libro Asclepiadis distich. IX 63, 3 sq. inseritur. Epp. 270 et 229 scripta sunt in apogr. illud ante 651, alterum inter 722 et 724 propterea, quod illa duo epp., quae A bis scripsit (270 post 650 iterans itemque 229 post 721), ex altera quam in P tenent sede, non ex priore sumpta sunt. (Cf. ad epp. 86 et 367 p. LXXI et LXXVIII.) Duce Palatino apographon et Leonideum ep. 726 in duo discerpsit et postrema disticha epigrammatis in Ibycum (745, 7 sqq.) pro peculiari affert carmine; cum correctore Philippeum in locustam cicadamque ep. 364 (n. 16) auctor apopraphi Meleagreo carmini eiusdem argumenti 194 (n. 15) adiunxit.

II.

Euphemianae sylloges (E) auctor in distichis ad Euphemium scriptis Hypatae se non natum esse, sed vixisse testatur: *ὃς προλέλοιπε πάτρην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα καὶ γλυκερὴν καλύβην Θετταλικῆς Ὑπάτης.* Graecia igitur ac Thessalia relicta, cum imperante Leone Sapiente Byzantium venisset, colligendis etiam epigrammatis vacabat, vir vita studiisque comparandus fortasse cum Gregorio Magistro, qui et terras in quibus Euphemianae conditor versabatur easdem fere peragravit et partim saltem ad eadem atque ille studia se contulit; at si quis Gregorium ipsum Euphemianae auctorem esse putaret, ut pro patria viri Campsa habenda esset urbs Macedoniae, ei opinioni obstaret vel epp. delectus, ab eo quem Gregorius instituit, nisi fallor, alienus. Servatam esse syllogen (E) tribus codicibus

Parisino 1773 (f. 257^{v}—265^{v}): E^{P}
Florentino 57, 29 (f. 153^{v}—161^{r}): E^{F}
Parisino 2720: E^{R}

iam in vol. I p. XIII monui. Septimi autem libri Palatini continet Euphemiana sex epigrammata, inter haec ep. in Philistionem VII 155, ultimum eius archetypi, quo A in priore sepulcralium parte usus est; Ps.-Platonicis 268 sq. adnectitur ep. in celebri argumento versans, 310; tria, quae continuantur in P (309—311), in Euph. disiunguntur. Omnia sex epp. insunt in Planudea haec:

1. E n. 14: A.P. VII 309, adesp. PPlE (Iuliani?);
2. E n. 52: A.P. VII 268, Platonis PPlE;
3. E n. 53: A.P. VII 269, Platonis PPl;
4. E n. 54: A.P. VII 310, adesp. PPlE (Iuliani?);
5. E n. 55: A.P. VII 155, adesp. PPlE;
6. E n. 57: A.P. VII 311, adesp. PPlE.

Cum Euphemiana exstat altera paulo amplior sylloge (epigrammatum 120) et aliquanto recentior in iisdem quos modo notavi codicibus duobus:

Parisino 1773 (f. 245r—257v): Σ^P,
Flor. 57, 29 (f. 142r—153v): Σ^F,

a Bartholomaeo Comparino exarata. Haec sylloge exhibet septimi l. Palatini epp. 18, quae ipsa quoque omnia insunt in Planudea (8 in cap. *εἰς ποιητάς* XXIIa, 5 in cap. *εἰς ἥρωας* XIIIa, 4 in capp. *εἰς ἀρχαίους* VIIa VIb, unum denique in cap. XIa *εἰς γυναῖκας*); exstant in sylloge:

1. Σ n. 5: A.P. VII 747 in Iulian., Libanii A, Iul. Pl, adesp. Σ;
2. Σ n. 27: A.P. VII 136 in Priamum, Antipatri CPl, ad. Σ;
3. Σ n. 28: A.P. VII 148 in Aiacem, adesp. PPlΣ;
4. Σ n. 29: A.P. VII 145 in Aiacem, Asclep. APl, adesp. Σ;
5. Σ n. 35: A.P. VII 139 in Hectorem, adesp. PPlΣ;
6. Σ n. 59: A.P. VII 153 in Midam, Homeri APlΣ, Cleob. L;
7. Σ n. 61: A.P. VII 713 in Erinnam, Antipatri CPlΣ;
8. Σ n. 72: A.P. VII 44 in Euripidem, Ionis Σ, adesp. PPl;
9. Σ n. 79: A.P. VII 535 in Daphnim, Meleagri CPlΣ;
10. Σ n. 87: A.P. VII 7 in Homerum, adesp. PPlΣ;
11. Σ n. 88: A.P. VII 146 in Aiacem, Antip. Σ, Sid. PPlM;
12. Σ n. 97: A.P. VII 6 in Homerum, Antip. APlΣ, Sid. L;
13. Σ n. 102: A.P. VII 13 in Erinnam, Leonidae PlΣ, Leon. s. Meleagri A;
14. Σ n. 103: A.P. VII 70 in Archilochum, Iuliani AC, adesp. PlΣ;
15. Σ n. 109: A.P. VII 567 in Candaulem, Agath. CPl, ad. Σ;
16. Σ n. 110: A.P. VII 8 in Orpheum, Antip. APlΣ, Sid. L;
17. Σ n. 111: A.P. VII 9 in Orph., Damageti L, adesp. PlΣ;
18. Σ n. 113: A.P. VII 489 in Timadem, Sapphonis PPlΣ.

III.

Planudis autographon editionesque Planudeae*) potiores a me indicantur siglis hisce (cf. vol. I p. X sq.):

Pl^M (s. M): Marcianus 481;
M^a, M^b : Marciani (librorum I—IV) sylloge prior (Pl^M f. 2—58^v), posterior (Pl^M f. 81^v—100);
(l. III) c. 1^a, c. 1^b: (libri tertii) sylloges prioris, posterioris caput primum;
Pl^E: editiones Planudeae omnes vel potissimae;
Pl^I : princeps Florentina (ab Iano Lascari a. 1494 confecta);
Pl^a : Aldina prima (a. 1503);
Pl^α : Aldina secunda (a. 1521) iterat primam, sed ex additamentis Ἐπιδιορθώσεως, quae priori accessit, correctam s. mutatam; paginae Ald. secundae in margine cod. Palatini notatae sunt ad indicanda epp. Planudeae;
Pl^b : Ascensiana (Badii, a. 1531);
Pl^n : prodiit a. 1550 apud Nicolinos Sabienses;
Pl^s : Stephaniana (a. 1566);
Pl^w : Wecheliana (a. 1600);
Pl^B : Boschiana ac Lennepiana (a. 1795—1822).

Sigla scholiorum Panudeae accedunt haec:
sch.^{w}: scholia Wechelianae;

---

*) Ad Planudeae epigrammata complures Reiskii coniecturas adhuc ignotas exhibet editio haec petitas ex cod. Lunebergensi 103, quo 'Apparatus Commentarii ad Anthologiam Graecam vulgatam' ab Reiskio congestus servatur; codicem mihi, qua est benignitate vir egregius, G. Meyer Gottingensis, Heidelbergam mittendum curavit. Inesse etiam in his Reiskianis, quae, si non tollant vitia tradita, tamen iudicii elegantiam raramque linguae peritiam prodant, facile intellegitur; simul codex iste multas easque probabiliores editionis Brunckianae coniecturas Reiskio deberi testatur, non editori Argentoratensi.

Nec hic praetermittam gratias agere viro de emendandis Anthologiae epigrammatis optime merito, Theodoro Korsch, qui dispersas suas in Anthologiam coniecturas colligendas curavit collectasque benigne mihi permisit.

sch.^{B}: exstant (initio sc. XVI? scripta) in Florentina biblioth. Bernensis, e quibus sch.^{W} partim fluxerunt.*)

Planudis autographon iam monui vol. I p. XI sq. quattuor priores libros florilegii bipertitos exhibere, in duas discerpta esse syllogas epp. demonstrativa et exhortatoria (l. I), epp. irrisoria et convivalia (l. II), sepulcralia (l. III), descriptiva (l. IV), inter l. I—IV^{a} prioris s. amplioris sylloges (M f. 2—58^{v}) totidemque libros alterius sylloges (l. I—IV^{b}, M f. 81^{v}—100^{r}) intercedere tres posteriores Planudeae libros (M f. 58^{v}—76^{r}), descriptionem Christodori (l. V), epp. anathematica (l. VI), amatoria (l. VII); in editionibus autem Planudeis non disiuncta exhiberi epigrammata illorum quattuor librorum, sed omnes septem libros pariter continuos exstare nemo nescit. Tertii igitur libri, sepulcralium epigrammatum, copiam maiorem continet autographi sylloge prior in duodetriginta capita distributam f. 30^{r}—43^{r} 9; eiusdem libri pars minor viginti sex capitibus constans accedit in altera Marciani sylloge f. 90^{r} 21—96^{v}. De libri III utriusque syllogae inscriptione, de capitum indicibus ab ipso Planude adpositis, de capitum titulis numerisque, qui partim discedentes ab autographo in editionibus Planudeae reperiuntur, cf. adnot. p. 1 sq.; de concentu discrepantiaque autographi et editionum in disponendis capitum partibus cf. ad cuiusque Planudei capitis ep. illud, quod ex capitis sui epigrammatis in Pal. l. VII proximum ab huius libri initio locum obtinet. In breviorem syllogam recepta sunt a Planude duo ex aliis atque septimo libris Palatinis epp., Gregorii VIII 1 (cf. p. LI) et Theocriti in Hipponactem ep. XIII 3. Epp. non Palatina exhibet l. III Planudeus undecim haec:

1.	cap. 1^{b} n. 4	(εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας)	Gregorii (?):	XVI 21
2.	„ 1^{b} n. 5	„	adesp. (Greg.?):	XVI 22
3.	„ 2^{a} n. 1	(εἰς ἀγωνιστάς)	Simonidis:	XVI 23
4.	„ 2^{a} n. 2	„	„	XVI 24

*) Qua ratione sch.^{B} in Pl^{W} corrigantur, noscere licet e schol. ad Gessianum ep. 687; desinit sch.^{B} in verbis: ὡς ἐν τοῖς νοσι (supra: δά), quae Pl^{W} mutat in ὡς ἐν τοῖς νοσιδίοις; sumptum sch. e Suida (cf. p. 472) et scribendum ὡς ἐν τοῖς Σουΐδα.

5. cap.	**2**ª n. 3	(εἰς ἀγωνιστάς)	Philippi:	XVI 25
6. „	**4**ᵇ n. 18	(εἰς ἀνδρείους)	Simonidis:	XVI 26
7. „	**7**ª n. 2	(εἰς ἀρχαίους)	adesp.:	XVI 27
8. „	**8**ª n. 2	(εἰς αὐλητάς)	„	XVI 28
9. „	**13**ª n. 18	(εἰς ἥρωας)	„	XVI 29
10. „	**13**ᵇ n. 2	„	Gemini:	XVI 30
11. „	**26**ᵇ n. 7	(εἰς φιλοσόφους)	Speusippi:	XVI 31

Epigrammata septimi libri Palatini non in tertio, sed in aliis libris Planudeis exstant 17, partim non sepulcralia, irrisoria quaedam, nonnulla quibus mira mortis sors enarratur, complura a Pallada, alia a poetis Philippeis, imprimis Antiphilo composita. Recepit Planudes:

1. in l. Iᵇ	(εἰς φιλοσόφους)	ep. VII 119	adesp. (in Pythag.),
2. „	„	„ 120	Xenophanis (adesp. Pl),
3. „	(εἰς θάνατον)	„ 342	adesp.,
4. „	„	„ 371	Crinagorae (adesp. Pl),
5. „	(εἰς ἀνδρείους)	„ 741	Crinagorae (P Pl),
6. „	(εἰς ποιμένας)	„ 622	Antiphili,
7. „	(εἰς νῆας)	„ 635	Antiph. P, Maecii Pl,
8. „	„	„ 637	Antipatri,
9. „	(εἰς θάνατον)	„ 744	Diogenis D. (adesp. P Pl),
10ª. „	(εἰς τὸν βίον)	„ 688, 3 sq.	Palladae (in Gess.),
11. in l. IIª	(εἰς τολμητίας)	„ 683	Palladae (in Gess.),
12. „	„	„ 684 + 688, 3 sq.	Pall.,
13. „	„	„ 686	Pall. (in Gess.),
10ᵇ. „	„	„ 688, 1 sq.	Palladae,
14. „	„	„ 687	Pall. (in Gess.),
15. in l. IIᵇ	(συμποτικὰ ἀστεΐσματα)	ep. VII 339,	
16. in l. IVᵇ	(εἰς πόλεις)	ep. VII 748	Antipatri,
17. „	(εἰς ὡρολόγιον)	ep. VII 641	Antiphili (adesp. Pl).

Duo epp., quae in primo libro (Iᵇ) exaravit Planudes, redeunt in l. III, utrumque (VII 388 et 157) aptius compilator in primo quam in tertio collocavit.

In tertio libro undecim epp. bis scripsit Planudes, quorum nullum tamen in eadem sylloge iterat; omnia repetuntur variante sylloge, sive caput, cui ep. quodque iterum scriptum subiungitur, ipsum quoque variat, sive idem tenetur; exaravit Planudes:

1. 76 in c. 6ª 19ᵇ (εἰς ἄνδρ. οὐκ ἐπισήμους, ναυαγήσαντας); Dioscor. A Mª·ᵇ,
2. 297 in c. 19ª 4ᵇ (εἰς ναυαγήσαντας, ἀνδρείους); Polystrati C Mᵇ adesp. Mª,
3. 383 in c. 19ª 5ᵇ (εἰς ναυαγ., οὐκ ἐπισήμ.); Philippi C Mª·ᵇ,

4. 156 in c. 25^a 15^b (εἰς πτωχούς, ἰξευτάς); Isidori C$M^{a.b}$,
5. 588 in c. 22^a 5^b (εἰς ποιητάς, οὐκ ἐπισ.); Pauli C$M^{a.b}$,
6. 598 in c. 16^a 22^b (εἰς κιθαρῳδ., ποιητάς); Iuliani C$M^{a.b}$,
7. 378 in c. 6^a 5^b (εἰς ἄνδρ. οὐκ ἐπισ.); Apollonidae C$M^{a.b}$,
8. 540 in c. 6^a 5^b (εἰς ἄνδρ. οὐκ ἐπισήμους); Damageti C$M^{a.b}$,
9. 396 in c. 13^a 13^b (εἰς ἥρωας); Bianoris C$M^{a.b}$,
10. 560 in c. 20^a 20^b (εἰς νέους); Pauli C$M^{a.b}$,
11. 715 in c. 22^a 22^b (εἰς ποιητάς); Leonidae M^b(C), adesp. M^a.

Quot epp. quaeque Planudes in librum III receperit, quae in alterutra exstent sylloge, qui auctorum indices Planudei Palatinique congruant aut differant, quatenus Planudes in disponendis, iungendis separandisque epp. ordinem Palatinum servaverit, quas potissimum partes Pal. in componendo quoque capite adhibuerit, ex his tabulis iunctisque notis (v. etiam p. LXXXII sqq.) cognoscetur.

Plan.	Pal.	Ind. capitis; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
III	VII	1^a *Εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας*	III	VII	1^b *Εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας*
α 1	60	adesp. Pl, Simiae C	α 18	302	Simonidis Pl, C
2	570	adesp. Pl, C	19	346	adesp. Pl, P
3	590	Iuliani Pl, C	β 20	VIII 1	ad. Pl, Gregorii P
4	697	Christodori Pl, C	21	om.	XVI 21 adesp. Pl
5	673	adesp. Pl, C	22	om.	XVI 22 adesp. Pl
β 6	260	Carphyllidae Pl, C	γ	VII	
7	327	adesp. Pl, C	23	690	adesp. Pl, C
8	328	adesp. Pl, C	24	520	Callimachi Pl, C
9	373	Thalli Pl, Th. Mil. C			
10	451	Callimachi Pl, C			
11	461	Meleagri Pl, C			
12	545	Hegesippi Pl, C			
13	596	Agathiae Pl, C			
14	606	Pauli Pl, C			
15	648	Leonidae Pl, Tar. C			
16	679	Sophronii Pl, LC			
17	680	Sophronii Pl, LC			
		M^a **1**: 17			M^b **1**: 7
III	VII	2^a *Εἰς ἀγωνιστάς*			
25	om.	XVI 23 Simonidis Pl			
26	om.	XVI 24 Simonidis Pl			
27	om.	XVI 25 Philippi Pl			
28	447	Callimachi Pl, C			
		4 M^a **1—2**: 21			

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
III	VII	3^{a} *Εἰς ἀδελφούς*	III	VII	2^{b} *Εἰς ἀδελφούς*
29	551	Agathiae Pl, C	30	323	adesp. Pl, C
		M^{a} 1—3: 22			M^{b} 1—2: 8
III	VII	4^{a} *Εἰς ἁλιέας*	III	VII	3^{b} *Εἰς ἁλιέας*
31	505	Sapphus Pl, C	33	702	Apollonidae Pl, C
32	585	Iuliani Pl, C			
		M^{a} 1—4: 24			M^{b} 1—3: 9
III	VII	5^{a} *Εἰς ἀνδρείους*	III	VII	4^{b} *Εἰς ἀνδρείους*
α 34	160	Anacreontis Pl, C	α 70	232	Anytae Pl, Antip. C
35	161	Antipatri Pl A, Sid. C	71	236	Anyt. Pl, Ant. Th. C
β 36	226	Anacr. Pl A, Teii C	72	238	adesp. Pl, Adaei A
γ 37	72	Menandri Pl A, Com. C	73	240	Parmen. Pl, Adaei A
38	73	Germanici Pl, Gemini C (*Γερμινοῦ* A^{ar})	74	252	adesp. Pl, Antip. C
39	74	adesp. Pl, Diodori A	β 75	297	Polystr. M^{b} C, (ad. M^{a})
40	237	Alphei Mytil. Pl, C	76	304	Pisandri Pl, Rhod. C
41	235	Diodori Pl, D. Tars. C	77	312	adesp. Pl, Asinii C
β 42	227	Diotimi Pl, C	78	344	Simonidis Pl, C
43	229	Dioscorid. Pl, C	79	344^{b}	Sim. Pl, Callim. C
44	230	Erycii Pl, Er. Cyz. C	γ 80	512	adesp. Pl, Simon. C
45	231	Damageti Pl, C	81	243	Bassi Pl, Lollii Bassi A (C)
46	233	Apollonidae Pl, C	82	244	*Γαίτου* Pl, Gaetul. A
47	234	Philippi Pl, Thess. C	83	431	adesp. Pl C?, Simon. C?
48	242	Mnasalcae Pl, A (C)	84	721	Chaeremonis Pl, C
49	245	Gaetulici Pl, C	85	442	Simonid. Pl, C
50	246	Antip. Pl, Sid. C	δ 86	208	Anytae Pl, C
51	247	Alcaei Pl, C	87	om.	XVI 26 Simonid. Pl
52	248	adesp. Pl, Simon. C	88	301	Simonidis Pl, C
53	249	adesp. Pl, Sim. C	89	526	Nicandri Pl, N. Coloph. C
54	250	" " " "	90	529	Theodoridae Pl, C
55	251	" " " "			
56	253	" " " "			
57	254	Simonidis Pl, C			
58	255	Aeschyli Pl, C			
59	257	adesp. Pl, C			
60	258	Simonidis Pl, C			
61	256	Platonis Pl, C			
62	259	Platonis Pl, C			
δ 63	432	Damageti Pl, C			
64	433	Tymnae Pl, C			
65	434	Dioscorid. Pl, C			

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
66	437	Phaenni Pl, C			
67	438	Damageti Pl, C			
68	541	Damageti Pl, C			
ε 69	656	Leonidae Pl, C			
		36 M^{a} **1–5**: 60			M^{b} **1–4**: 30 21
III	VII	**6^{a}** *Εἰς ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους*	III	VII	**5^{b}** *Εἰς ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους*
α 91	76	Dioscorid. M$^{a.b}$, A	α 127	330	adesp. Pl, C
92	112	adesp. Pl, A	128	334	adesp. Pl, C
93	155	adesp. Pl, A	129	348	Simonidis Pl, Cei C
94	228	adesp. Pl, C	130	349	adesp. Pl, Simonid. C
95	307	adesp. Pl, Pauli L	131	370	Diodori Pl, C
96	310	adesp. Pl, C	132	378	Apollonid. M$^{a.b}$, C
97	356	adesp. Pl, C	133	383	Philippi M$^{a.b}$, C
98	357	adesp. Pl, C	134	472	adesp. Pl, Leonid. C
99	358	adesp. Pl, A	135	588	Pauli M^{b}, Sil. M^{a} C
100	359	adesp. Pl, A	136	645	Crinagorae Pl, C
101	516	Simonid. Pl, C	137	655	Leonidae Pl, C
102	360	adesp. Pl, A	β 138	372	Lollii Pl, L. Bassi C
103	580 sq.	Iuliani Pl, C	139	376	Crinagorae Pl, C
104	378	Apollonid. M$^{a.b}$, C	140	701	Diodori Pl, C
105	400	Serapion. Pl, Ser. Alexandr. C	γ 141	439	Theodoridae Pl, C
106	414	Nossidis Pl, C	142	440	Leonidae Pl, Leon. Tar. C
107	417	Meleagri Pl, C	143	445	Persae Pl, Persae Theb. C
108	420	Diotimi Pl, D. [Diopith. filii Athen.] C	144	470	Antipatri Pl, Meleagri C
109	422	Leonidae Pl, L. Tar. C	145	478	Leonidae Pl, C
110	452	Leonidae Pl, C	146	479	Theodoridae Pl, C
111	507	Alexandri Pl, Simonid. C	147	480	Leonidae Pl, C
112	521	Callimachi Pl, C	148	485	Dioscoridae Pl, C
113	524	Callim. Pl, C	149	740	Leonidae Pl, C
114	540	Damageti M$^{a.b}$, C	150	519	Callim. Pl, C
115	548	Leonidae Pl, Leon. Alex. C	151	537	Theophanis Pl, Phaniae C
116	462	adesp. Pl, Dionysii C$_{1.2}$	152	540	Damageti M$^{a.b}$, C
117	669	Platonis Pl, C	δ 153	390	Antipatri Pl, C
118	670	Platonis Pl, C			

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal	Cap.; nom. auctoris
119	704	adesp. Pl, C 29			
120	671	ad. Pl C, Bianor.? C			
121	681	Palladae Pl, LC			
122	682	Palladae Pl, L			
β 123	321	adesp. Pl, C			
124	335	adesp. Pl, C			
125	403	Argentarii Pl, Marci Arg. C			
126	444	Theaeteti Pl, C			
		36 M^a **1—6**: 96			M^b **1—5**: 57 27
III	VII	7^a ***Εἰς ἀρχαίους τινάς***	III	VII	6^b ***Εἰς ἀρχαίους τινάς***
α 154	567	Agathiae Pl, C	α 167	153	Homeri Pl, A; Cleobuli Lindii? L
155	om.	XVI 27 adesp. Pl	β 168	315	adesp. Pl, Zenodoti s. Rhiani C
β 156	311	adesp. Pl, C	169	318	adesp. Pl, Callim. C
157	530	Antipatri Pl, Ant. Thess. C	170	319	adesp. Pl, C
158	549	Leonidae Pl, Leon. Alex. C	171	577	adesp. Pl, Iuliani C
159	666	Antipatri Pl, Ant. Thess. C	172	747	Iuliani Pl, Libanii A
160	535	Meleagri Pl, C	γ 173	354	Gaetulici Pl, C
γ 161	313	adesp. Pl, C	174	556	Theodori Pl, C
162	314	Ptolemaei Pl, C	175	563	Pauli Pl, C
163	316	Leonidae Pl, Leon. s. Antip. C 10			
164	317	Callimachi Pl, C			
165	320	Hegesippi Pl, C			
δ 166	241	Ant. Sid. Pl, A			
		13 M^a **1—7**: 109			M^b **1—6**: 66 9
III	VII	8^a ***Εἰς αὐλητάς***	III	VII	7^b ***Εἰς αὐλητάς***
176	159	adesp. Pl, Nicarchi L	178	696	Archiae Pl, Arch. Mytil. C
177	om.	XVI 28 adesp. Pl			
		2 M^a **1—8**: 111			M^b **1—7**: 67 1
III	VII	9^a ***Εἰς βρέφη***	III	VII	8^b ***Εἰς βρέφη***
179	170	Posid. Pl, C_1; Call. C_2	184	303	Antipatri Pl, Sid. C
180	308	Luciani Pl, C	185	632	Diodori Pl, C
181	483	adesp. Pl, C			
182	566	Macedonii Pl, C			
183	583	Agathiae Pl, C			
		5 M^a **1—9**: 116			M^b **1—8**: 69 2

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
III	VII	**10^a** *Εἰς γέροντας*	III	VII	**9^b** *Εἰς γέροντας*
186	309	adesp. Pl, C	191	157	adesp. Pl III^b I^b, C
187	336	adesp. Pl, C			
188	187 (344*)	Leonidae Pl, Philippi C_1, Simonid. C_2			
189	345	adesp. Pl, adesp. s. Simonid. C			
190	634	Antiphili Pl, C			
		M^a **1—10**: 121			M^b **1—9**: 70
			III	VII	**10^b** *Εἰς γεωργούς*
			192	175	adesp. Pl, Antiphili C
					M^b **1—10**: 71
III	VII	**11^a** *Εἰς γυναῖκας*	III	VII	**11^b** *Εἰς γυναῖκας*
α 193	163	Leonidae Pl, C^{pr} (Antipatri? A^{ar})	α 234	168	adesp. Pl, Ant. Thess. C
194	166	Dioscoridae s. Nicarchi Pl, C	235	217	Asclepiadis Pl, C
195	167	Dioscor. s. Hecataei Pl, C	236	333	adesp. Pl, C
196	169	adesp. Pl, C	237	337	adesp. Pl, C
197	182	Meleagri Pl, C	238	340	adesp. Pl, C
198	186	Philippi Pl, C	β 239	368	Erycii Pl, C
199	218	Ant. Sid. Pl, C	γ 240	569	Agathiae Pl, C
200	219	Pompei iun. Pl, C	241	695	adesp. Pl, C
201	220	Agathiae Pl, C L	242	564	adesp. Pl, C
202	221	adesp. Pl, C	δ 243	643	Crinagorae Pl, C
203	222	Philodemi Pl, C	ε 244	413	Antipatri Pl, C
204	223	Thyilli Pl, C	245	459	Callimachi Pl, C
205	224	adesp. Pl, C	246	729	adesp. Pl, Tymnae C
206	324	adesp. Pl, P	247	464	Antipatri Pl, C
207	351	(1—6) Dioscoridae Pl, C	248	465	*Ἡρακλείδου* Pl, *Ἡρακλήτου* C
208	351	(7—10) adesp. Pl	249	528	Theodoridae Pl, C
209	352	adesp. Pl, adesp. s. Meleagri C			
β 210	423	Antipatri Pl, Ant. Sid. C			
211	429	Alcaei Pl, Alc. Myt. C			
212	463	Leonidae Pl, C			
213	552	Agathiae Pl, C			
214	476	Meleagri Pl, C			
215	477	Tymnae Pl, C			
216	489	Sapphonis Pl, C			

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
217	522	Callimachi Pl, C			
γ 218	555	Ioannis Barb. Pl, C			
219	555^{b}	" " "			
220	557	Cyri Pl, C			
221	565	Iuliani Pl, C			
222	575	Leontii Pl, C			
223	593	Agathiae Pl, C			
224	599	Iuliani Pl, C			
225	605	Iuliani Pl, C			
226	607	Palladae Pl, C			
227	608	Eutolmii Pl, C			
228	644	Bianoris Pl, Bian. grammat. C			
229	610	Palladae Pl, Pall. Alex. C			
δ 230	623	Aemiliani Pl, C			
231	735	Damageti Pl, C			
232	667	adesp. Pl, C			
233	691	adesp. Pl, C			
		41 M^{a} **1—11**: 162			M^{b} **1—11**: 87 16
III	VII	**12^{a}** *Εἰς δούλους*	III	VII	**12^{b}** *Εἰς δούλους*
250	178	Dioscorid. Pl, Diosc. *Νικοπολίτου* C	254	180	Apollonidae Pl, C
251	179	adesp. Pl, C	255	538	ad. Pl, Anytae C
252	553	Damascii Pl, Dam. phil. C			
β 253	162	Dioscorid. Pl, C			
		4 M^{a} **1—12**: 166			M^{b} **1—12**: 89
III	VII	**13^{a}** *Εἰς ἥρωας*	III	VII	**13^{b}** *Εἰς ἥρωας*
α 256	225	adesp. Pl, C	276	746	adesp. Pl, Pythagorae L
257	396	Bianoris $M^{a,b}$, Bian. Bithyni C	277	om.	XVI 30 Gemini Pl
β 258	141	Antiphili Pl A, Byz. L	278	396	Bianoris $M^{a,b}$, C
259	142	adesp. Pl, A			
260	143	adesp. Pl, A			
261	145	Asclepiadae Pl, A			
262	146	Antipatri Sid. Pl, A			
263	147	Archiae Pl, A C			
264	148	adesp. Pl, A			
265	149	Leontii Pl, A			
266	150	Leontii Pl, A			
267	151	adesp. Pl, A			
268	152	adesp. Pl, A			

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
γ 269	136	Antipatri Pl, C			
270	137	adesp. Pl, P			
271	138	Acerati Pl, A			
272	140	Archiae Pl A, Macedonis L			
273	om.	XVI 29 adesp. Pl			
274	139	adesp. Pl, A			
275	239	Parmenionis Pl, AL			
		20 M^a **1—13**: 186			M^b **1—13**: 92 3
III	VII	**14^a** ***Εἰς ἰατρούς***	III	VII	**14^b** ***Εἰς ἰατρούς***
279	559	Theosebiae Pl, C	280	135	adesp. Pl, P
			281	508	adesp. Pl, Simonidis C
		1 M^a **1—14**: 187			M^b **1—14**: 94 2
III	VII	**15^a** ***Εἰς ἰξευτάς***	III	VII	**15^b** ***Εἰς ἰξευτάς***
282	172	Ant. Sidonii Pl, C	283	156	Isidori M^b, Is. Aegeatae M^a C
			284	171	Mnasalcae Pl, Mnas. Sicyonii C
		1 M^a **1—15**: 188			M^b **1—15**: 96 2
			III	VII	**16^b** ***Εἰς ἰχθύας***
			285	216	adesp. Pl, Ant. Thess. C
					M^b **1—16**: 97 1
III	VII	**16^a** ***Εἰς κιθαρῳδούς***			
286	571	Leontii schol. Pl, C			
287	597	Iuliani Pl, C			
288	598	Iuliani M$^{a.b}$, C			
289	612	Agathiae Pl, C			
		4 (epp. Cycli) M^a **1—16**: 192			
			III	VII	**17^b** ***Εἰς κυνηγούς***
			290	338	adesp. Pl, C
			291	578	Agathiae Pl, C
			292	546	adesp. Pl, C
					M^b **1—17**: 100 3
III	VII	**17^a** ***Εἰς μεθύσους***	III	VII	**18^b** ***Εἰς μεθύσους***
293	329	adesp. Pl, C	299	355	adesp. Pl, Damageti C
294	353	Ant. Sidonii Pl, C			
295	384	Argentarii Pl, Marci Arg. C			

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
296	398	Antipatri Pl, C			
297	455	Leonidae Pl, $C_{1.2}$			
298	456	Dioscoridae Pl, C			
		6 M^a **1—17**: 198			M^b **1—18**: 101
III	VII	**18^a *Εἰς μοιχούς***			
300	572	Agathiae Pl, C			
		M^a **1—18**: 199			
III	VII	**19^a *Εἰς ναυαγήσαντας***	III	VII	**19^b *Εἰς ναυαγήσαντας***
α 301	263	Anacreontis Pl, C	α 350	76	Dioscoridis $M^{a.b}$, A
302	264	Leonidae Pl, C	α 351	281	Heraclidae Pl, C
303	265	Platonis Pl, C	α 352	285	Glauci Pl, Gl. Nicopolitae C
304	266	Leonidae Pl, C	α 353	286	Antipatri Pl, Ant. Thess. C
305	267	Posidippi Pl, C	δ 354	534, 1sq.	Theocriti Pl, <Alex.> Aetoli s. Autom. C
306	268	Platonis Pl, C	355	738	Theodoridae Pl, C
307	269	Platonis Pl, C	α 356	274	*Ὀνέστου* Pl, Hon. Byz. C
308	270	Simonidis Pl, $C_{1.2}$	α 357	350	adesp. Pl, C
309	271	Callimachi Pl, C	ζ 358	624	Diodori Pl, C
310	272	Callimachi Pl, C 10	β 359	395	Argent. Pl, M. Arg. C
311	273	Leonidae Pl, C	α 360	291	Xenocriti Pl, Xenocr. Rhod. C
312	275	Gaetulici Pl, C	β 361	404	Zonae Pl, Z. Sard. C
313	279	adesp. Pl, C	γ 362	495	Alcaei Pl, Alc. Messenii C
314	280	Isidori Aeg. Pl, C	η 363	652	Leonidae Pl, Tar. C
315	288	Antipatri Pl, C	γ 364	494	Athenodori Pl, adesp. C
316	289	Antipatri Pl, Ant. Maced. C	γ 365	498	Antipatri Pl, C
317	290	*Τατυλίου* M, *Στατυλλίου* C *Φλάκκου* Pl C	η 366	653	Pancratis Pl, C
318	293	Isidori Pl, Is. Aeg. C	η 367	654	Leonidae Pl, Tar. C
319	294	*Στατυλίου* M, Tullii (*τατυλλίου*) Laur. C	γ 368	506	Leonidae Pl, C
320	295	Leonidae Tar. Pl, C	α 369	283	Leonidae Pl, C
321	297	adesp. M^a, Polystrati M^b C 21	α 370	284	Asclepiadis Pl, C
322	305	Adaei Mytil. Pl, C	371	510	Simonidis Pl, C
β 323	374	Argentarii Pl, Marci Arg. C	372	513	Simonidis Pl, C

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
324	381	Etrusci Messenii Pl, C	α 373	287	Antipatri Pl, C
325	382	Philippi Pl, Phil. Thess. C	α 374	278	Archiae Pl, Arch. Byz. C
326	383	Philippi M$^{a.b}$, C	α 375	282	Antipatri Pl, Theodoridae C
327	388	Bianoris Pl III^{a} I^{b}, C	δ 376	532	Isidori Pl, Is. Aeg. C
328	392	Heraclidae Sinopensis Pl, C	δ 377	539	Theophanis Pl, Persae C
329	397	Erycii Pl, Er. Thess. C			
γ 330	499	Theaeteti Pl, C			
331	500	Asclepiadis Pl, C			
332	501	Persae Pl, C			
333	502	Nicaeneti Pl, C			
334	503	Leonidae Pl, C			
335	504	Leonidae Pl, C			
δ 336	542	Flacci Pl, C			
337	543	adesp. Pl, C			
338	550	Leonidae Pl, Leon. Alex. C			
ε 339	582	Iuliani Pl, C			
340	584	Iuliani Pl, C			
341	586	Iuliani Pl, C			
342	587	Iuliani Pl, C			
343	591	Iuliani Pl, C			
ζ 344	630	Antiphili Pl, Byz. C			
345	631	Apollonidae Pl, C			
346	639	Antipatri Pl, C			
η 347	650	*Φακέλλου* Pl, Flacci s. Phalaeci C			
ϑ 348	668	Leonidae Pl, Leon. *ἰσόψηφον* C			
349	675	Leonidae Pl, Leon. *ἰσόψ.* C			
		49 M^{a} **1—19** : 248			M^{b} **1—19** : 129 28
III	VII	**20^{a} *Εἰς νέους καὶ νέας***	III	VII	**20^{b} *Εἰς νέους καὶ νέας***
α 378	453	Callimachi Pl, C	α 398	298	adesp. Pl, C
379	558	adesp. Pl, C	399	527	Theodoridae Pl, C
380	560, 3—8	Pauli M^{b}, Sil. M^{a} C	400	560, 1—8	Pauli M^{b}, Sil. M^{a} C
381	574	Agathiae Pl, C	401	568	adesp. Pl, Agath. C
382	600	Pauli Pl, Iuliani C	402	627	Diodori Pl, C
383	601	Eratosthen. Pl, Iul. C	β 403	490	Anytae Pl, C

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
384	602	Agathiae Pl, C	404	491	Mnasalcae Pl, C
385	603	Iuliani Pl, C	405	649	adesp. Pl, Anytae C
386	604	Pauli Pl, C	406	492	adesp. Pl, Anytae Mytilenaeae C
387	611	Eutolmii Pl, C	407	493	Antipatri Pl, Ant. Thess. C
388	613	Diogenis episcopi Amiseni Pl, C			
389	628	Crinagorae Pl, C			
390	647	Samii Pl, Simonid. s. Simiae C			
391	662_1	Leonidae Pl, C			
392	662_2	Leonidae Pl			
β 393	515	Simonidis Pl, C			
394	517	Callimachi Pl, C			
395	387	Bianoris Pl, C			
396	184	Parmenionis Pl, C			
397	185	Ant. Thess. Pl, C			
		20 Mᵃ **1—20**: 268			Mᵇ **1—20**: 139 10
III	VII	**21ᵃ** *Εἰς ὄρνεις*	III	VII	**21ᵇ** *Εἰς ὄρνεις*
408	191	Archiae Pl, C	419	189	Anytae Pl, Aristodici Rhod. C
409	204	Agathiae Pl, C	420	209	adespot. Pl, Antipatri C
410	205	Agathiae Pl, C	421	210	adesp. Pl, Antip. C
411	206	Damocharidis Pl, L	422	197	Phaenni Pl, C
412	196	Meleagri Pl, C	423	198	Leonidae Pl, Tarent. C
413	200	Niciae Pl, C	424	199	Tymnae Pl, C
414	213	Archiae Pl, C	425	201	Pamphili Pl, C
415	190	Anytae s. Leonidae Pl, C	426	203	Simiae Pl, C
416	192	Mnasalcae Pl, C	427	207	Meleagri Pl, C
417	195	Meleagri Pl, C	428	212	Mnasalcae Pl, C
418	202	Anytae Pl, C			
		11 Mᵃ **1—21**: 279			Mᵇ **1—21**: 149 10
III	VII	**22ᵃ** *Εἰς ποιητάς* 1. In Homerum et Orphea	III	VII	**22ᵇ** *Εἰς ποιητάς* 1. In Musaeum, Linum, Orphea
429	1	Alcaei Messenii Pl, ALC	489	615	adesp. Pl, P
430	2	Antipatri Pl A, Sidonii Pl L	490	616	adesp. Pl, P
431	3	adesp. Pl, A	491	617	adesp. Pl, P

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
432	4	Pauli Pl, A
433	5	adesp. Pl A, Alc. Mytilenaei L
434	6	Antipatri Pl A, Sidonii L
435	7	adesp. Pl, A
436	8	Antipatri Pl A, Sidonii L
437	9	adesp. Pl, Damageti L
438	10	adesp. Pl, A 10
		2. In Hesiodum
439	52	adesp. Pl, Demiurgi A
440	53	adesp. Pl, A C
441	54	adesp. Pl, Mnasalcae C
442	55	Alcaei Pl A, Mytil. L, Messenii C
		3. In Archilochum et Hipponactem
443	69	Iuliani Pl, A
444	70	adesp. Pl, Iuliani A C
445	71	adesp. Pl, Gaetulici A C
446	408	Leonidae Pl, C
447	536	Alcaei Pl, Alc. Myt. C
		4. In Pindarum
448	34	Antipatri Pl, Sid. C
449	35	Leonidae Pl A, Platonis C 21
		5. In Aeschylum et Euripidem
450	39	Antipatri Pl, Ant. Thess. A
451	43	Ionis Pl, C

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
		2 (3^a). In Archilochum et Hipponactem
492	674	adesp. Pl, Hadriani C
493	405	adesp. Pl, Philippi A, Mimnermi s. Phil. C
494	—	XIII 3 Theocriti Pl, P
		3. In Stesichorum
495	75	Antipatri Pl, A
		4 (10^a). In Ibycum
496	714	adesp. Pl, P
		5 (13^a) In Leonidam
497	715	Leonidae M^b, [Alex.] C (adesp. M^a)
		6 (6^a). In Sophoclem
498	21	adesp. Pl, Simiae A Thebani L 10
499	621	adesp. Pl, C
		7 (5^a). In Euripid. et Aeschylum
500	50	adesp. Pl, Ἀρχιμήδους A
501	49	adesp. Pl, Bianoris Bith. A
502	40	adesp. Pl, Diodori A
		8 (11^a). In Sappho
503	15	adesp. Pl, Antipatri A
		9 (13^a). In varios
504	412	Alcaei Pl, Alc. Messenii C
505	594	Iuliani Pl, C
506	598	Iuliani $M^{a.b}$, C
507	716	Dionysii Pl, Dion. Rhodii C

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
452	44	adesp. Pl, P			10 ($5^a 7^b$). In Euripidem
453	45	adesp. Pl, Thucyd. L			
454	46	adesp. Pl, P	508	51	adesp. Pl, Adaei A
455	47	adesp. Pl, P			
		6. In Sophoclem			
456	20	Simonidis Pl A, adesp. C			
457	22	adesp. Pl, Simiae A			
458	36	Erycii Pl, A L C 30			
459	37	Dioscoridis Pl, A			
		7. In Alcmana			
460	18	Antip. Thess. Pl, A			
461	19	Leonidae Pl, A			
		8. In Anacreontem			
462	23	Ant. Sidonii Pl, A			
463	23 b	adesp. Pl, P			
464	24	Simonidis Pl, A L			
465	25	Simonidis Pl, A			
466	26	Antipatri Pl A, Sidonii L			
467	27	Antipatri Pl, A			
468	28	adesp. Pl, A 40			
469	29	Ant. Sidonii Pl, A			
470	30	Ant. Sid. Pl, A			
471	32	Iuliani Pl, A			
472	33	adesp. Pl, Iuliani A			
		9. In Callimachum			
473	41	adesp. Pl, P			
474	42	adesp. Pl, P			
475	525	Callimachi Pl, C			
		10. In Ibycum			
476	745	Antipatri Pl, Sid. A			
		11. In Sappho et Erinnam			
477	16	Pinyti Pl, A 49			
478	17	Tullii Laureae Pl, A			
479	11	Asclepiadis Pl, A			
480	12	adesp. Pl, A			
481	13	Leonidae Pl, Leon. s. Meleagri A			
482	713	Antipatri Pl, C			
		12. In Meleagrum			
483	419	Meleagri Pl, C			
484	421	adesp. Pl, Mel. C			

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
		13. In varios			
485	588	Pauli M^b, Sil. M^a C			
486	589	Agathiae Pl, C			
487	595	Iuliani Pl, C			
488	715	adesp. M^a, Leonid. M^bC			
		60 M^a **1—22**: 339			M^b **1—22**: 169 20
III	VII	**23**^{a} ***Εἰς ποιμένας***			
509	173	Diotimi s. Leonidae Pl, C			
510	174	Erycii Pl, C			
511	518	Callimachi Pl, C			
512	657	Leonidae Pl, C			
513	703	Myrini Pl, C			
		5 M^a **1—23**: 344			
III	VII	**24**^{a} ***Εἰς πόλεις***			
514	723	adesp. Pl, C			
		1 M^a **1—24**: 345			
III	VII	**25**^{a} ***Εἰς πτωχούς***			
515	156	Isidori M^b, Is. Aeg. M^aC			
516	460	Callimachi Pl, C			
		2 M^a **1—25**: 347			
			III	VII	**23**^{b} ***Εἰς πονηρούς***
			517	401	Crinagorae Pl, C
					M^b **1—23**: 170
III	VII	**26**^{a} ***Εἰς ῥήτορας***	III	VII	**24**^{b} ***Εἰς ῥήτορας***
518	573	Leontii Pl, C	522	362	adesp. Pl, Phil. Th. L
519	579	Leontii Pl, C	523	369	adesp. Pl, Antip. C
520	561	Iuliani Pl, C			
521	562	Iuliani Pl, C			
		4 M^a **1—26**: 351			M^b **1—24**: 172 2
III	VII	**27**^{a} ***Εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας***	III	VII	**25**^{b} ***Εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας***
524	261	Diotimi Pl, C	528	300	Simonidis Pl, C
525	361	adesp. Pl, C	529	488	adesp. Pl, Mnasalcae C
526	547	Leonidae Pl, Leon. Alex. C	530	389	Apollonidae Pl, C
527	554	Philippi Pl, Phil. Thess. C	531	466	Leonidae Pl, C
			532	467	Antipatri Pl, C
			533	468	adesp. Pl, Mel. C

Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris	Pl.	Pal.	Cap.; nom. auctoris
			534	646	Anytae Pl, C
			535	486	Anytae Pl, C
			536	487	Persae Pl, Persae Macedonis C
		4 M^a **1—27**: 355			M^b **1—25**: 181 9
III	VII	**28^a *Εἰς φιλοσόφους***	III	VII	**26^b *Εἰς φιλοσόφους***
α 537	629	Antipatri Pl, C (in Socratem)	576	59	adesp. Pl, Iuliani A (in Democr.)
538	61	adesp. Pl, P (in Platonem)	577	67	Leonidae Pl, A (in Diogen.)
539	62	adesp. Pl, P (in Platonem)	578	80	Callimachi Pl, A (in Heraclit. Halicarn.)
540	108	adesp. Pl, A (in Plat.; de C v. p. IX)	579	100	Platonis Pl, A (in Alexim)
541	109	adesp. Pl, A (in Platonem)			
β 542	56	adesp. Pl, P (in Democrit.)			
543	57	adesp. Pl, P (in Democrit.)			
544	58	adesp. Pl, Iuliani A (in Democrit.)			
545	63	adesp. Pl, P (in Diogenem)			
546	64	adesp. Pl, P (in Diogenem)			
547	65	Antipatri Pl, A (in Diogenem)			
548	66, 1 sq.	adesp. Pl, *Ὀνέστου* A (in Diogenem)			
549	66, 3 sq.	*ὡς ἀπὸ τοῦ Διογένους* Pl			
550	68	Diogenis? Pl, Archiae A (in Diog.)			
γ 551	78	Dionysii Cyzic. Pl, A (in Eratosth.)			
552	81	Antipatri Pl A, Sid. L (in sept. sapientes)			
δ 553	83	adesp. Pl, P (in Thalem)			
554	84	adesp. Pl, P (in Thalem)			
555	85	ad. Pl, P (in Thal.)			

Pl.	Pal.	Nom. auctoris	Pl.	Pal.	Nom. auctoris
556	89	adesp. Pl, A (in Pittac.; de L C v.p.IX) 20			
557	90	adesp. Pl, A (in Biantem)			
558	91	adesp. Pl, A (in Biantem)			
559	92	adesp. Pl, A (in Anacharsim)			
560	99	Platonis Pl, Plat. phil. L (in Dionem)			
561	110	adesp. Pl, A (in Theophrastum) 25			
562	114	adesp. Pl, A (in Heraclid. Pont.)			
563	121	adesp. Pl, A (in Pythagoram)			
564	122	adesp. Pl, A (in Pythagoram)			
565	123	adesp. Pl, A (in Empedoclem)			
566	124	adesp. Pl, A (in Empedoclem) 30			
567	125	adesp. Pl, A (in Epicharmum)			
568	126	adesp. Pl, A (in Philolaum)			
569	127	adesp. Pl, A (in Heraclit. Eph.)			
570	128	adesp. Pl, A (in Heraclit. Eph.)			
571	129	adesp. Pl, A (in Zenonem Eleatam)			
572	130	adesp. Pl, A (in Protagoram) 35			
ε 573	326	adesp. Pl, Cratetis Theb. C	580	134	adesp. Pl, A (in Gorgiam) 5
574	576	Iuliani Pl, C (in Pyrrhonem)	581	471	adesp. Pl, Callim. C (in Cleombr.)
575	676	Leonid. Alexandrini Pl, adesp. C (in Epictetum)	582	—	XVI 31 Speusippi Pl (in Platonem)
		39 M[a] **1—28**: 394			M[b] **1—26**: 188 7

Continet igitur minor sylloge tertii libri epp. 188, aliquanto plura prior, 394; non recepit Planudes libri VII Palatini epp. 182, cum admodum pauca e Cyclo, plura epp. Philippeorum poetarum, sat multa Meleagreorum praetermitteret (cf. p. LXXXII—LXXXVI). Primum ex epp. non sepulcralibus, qualia l. VII Pal. complura admisit, aliquot reiecit, quamquam etiam eius generis haud pauca in Planudeae libro III exstant (sic temere inter spulcralia rettulit Planudes VII 5, 15, 125 Leonidae?, 535, 623, 696, 703 in statuas tabulasve; 53 anathematicum; 11, 42, 50, 81 in poemata poetas sapientesque; 723 in terram Lac. vastatam; 100, 195 sq. amatoria; 121, 645 *σκωπτικά*; 89, 668 suasoria; cf. quae ex l. VII Pal. affert Weissh. p. 44 sqq.; immerito autem reprehenderes Planudem, quod ep. in Archeanassam 217 sepulcralibus, non duce Ps.-Aristippo amatoriis adiunxit). Dein epp. praetermisit Planudes quae tam depravata putabat, ut commoda iis emendatio non facile adhiberetur, itemque neglexit ea, quae difficiliora intellectu non promptam inventura esse videbantur interpretationem, velut talia, de quorum difficultate etiam Palatini marginis notulae monebant illae: *ζτ. τὴν ἔννοιαν τοῦ ἐπιγράμματος ὅτι δύσληπτός ἐστι* (L ad 614), *δύσνοητον* (L ad 694), *ζτ. τὸ ἐπίγραμμα ὅτι δυσνόητόν ἐστι καὶ ἐσφαλμένον* (C ad 705), *ἔσφαλται τὸ ἐπίγρ. ζτ.* (L), *παντάπασιν* (iudicium lemmatistae confirmans C ad 707), *ζτ. κἀνταῦθα τὴν ἔννοιαν διὰ τὰ σφάλματα* (C ad 708), *ζτ. ὅτι ἔσφαλται καὶ ἔστιν ἀδιανόητον* (C ad 709); sic a lemmatista s. correctore monitus, saepius non monitus haud pauca epp. Planudes, cum vel res vel verba reconditiora ei viderentur, omisit; alia rursus tam tenuia atque ieiuna compilator existimabat, ut eiusmodi epigrammatis animos teneri posse non confideret, nec casui tribuendum iudico, quod cum inscriptionibus epigrammata singulis distichis finita satis multa apud Planudem desiderantur. Denique nonnulla epp. sprevit Maximus, quoniam aliis eiusdem fere argumenti receptis nec re nec verbis privi quidquam adicere videbantur, et imprimis ad capita epigrammatum de adulescentium

puellarumque morte, in fortes viros, in mulieres, in naufragos multo uberiorem ex copiis Palatinis messem congerere poterat, si fastidium lectorum minus vereretur; ceterum compilator Byzantinus mirum non est quod in probandis damnandisque poematis interdum tali utebatur iudicio, ut simpliciora vetustiorum epigrammata prae artificiosis recentiorum imitamentis vilia atque contemnenda duceret. De auctorum indicibus illud hic moneo plura in breviore quam in priore sylloge adespota tradi epp., quae eadem in Palatino poetarum nominibus instructa sunt: etenim inter 394 epp. prioris sylloges adespota eiusmodi, ni fallor, undetriginta, inter epp. 188 alterius sylloges adespota eiusdem generis septem et triginta reperiuntur. De hac re ceterisque Planudeae Cephalanaeque titulorum discrepantiis nonnulla p. LXXXVI sqq. proferuntur, alia in praefatione afferenda erunt, si de variis archetypis dissseretur, quos (alios in aliis Anthologiae partibus) librarii AB, lemmatista, corrector, Planudes videntur usurpasse. — Ordinem epigrammatum Palatinum a Planude ubique fere satis accurate servari tabulae ipsae ostendunt; verum in capp. nonnullis epigrammata non una eademque serie continua exhibentur, sed iterato atque etiam saepius repetito delectu binae pluresque partes efficiuntur, ita ut intra utramque syllogen eadem illa compilatoris opera adhibita videatur, qua factum est ut quattuor priores Planudeae libri in autographo bipertiti exstarent. Hic illic variat Plan. ordinem epp. Pal., sive ut paria, contraria componat, sive ut ab eodem in eundemve scripta iungat, sive aliqua simili ratione ductus, sed perraro nullam aut non manifestam permutati ordinis Palatini causam deprehendes; certe illud contendere licet, etiam ubi ordo Pal. maxime in floril. Planudeo confusus videatur, potuisse tamen vel capita sic conformata ab Anthologia Cephalana oriri, contra plerumque tam diligenter ordinem epp. Pal. teneri, ut plurima capp. Planudea ab alio fonte atque ab opere Cephalano oriri non potuerint. Iam nonnulla hic ad Planudeae capita adnotabuntur, ut quae tabulis proposita sunt paucis explanentur ac partes quae-

dam particulaeque Planudeae cum Palatinis, unde sumptae sunt, comparentur.

Ad c. 1[a.b] (εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας). Epigrammata capitis 1[a] duplici Planudes delectu composuit, ita ut prioribus quinque (α) postmodo duodecim selecta (β) adiungeret. Sequitur Plan. in 1[a] ordinem epp. Palatinum, nisi quod epp. 590 et 697 (non 590 et 673) continuat, ut in cognomines viros, Ioannem ab Iuliano et Ioann. ab Christodoro scripta epp. inter se excipiant. In cap. 1[b] duo insunt epp., quae in Pal. desunt, XVI 21 sq., adesp. apud Plan., fort. referenda ad Gregorium, cuius ep. VIII 1 illis praemissum nomine auctoris et ipsum in Pl[M] caret.

Ad c. 4[a] (εἰς ἁλιέας). Ex quattuor epp. in lintrem, quae piscâtoris socia una cum eo mortuo combusta est, recentissimum (585 Iuliani) in cap. 4[a] recepit Plan., duo (Alphei 305, Etrusci 381) socors capiti in naufragos, unum (635, sicut 637) libro I (epp. εἰς νῆας) reservavit; cf. IX 242. Cum ep. 702 iungi oportuit illud, ex quo suum Apollonidas expressit, Leonideum 504, v. p. LV.

Ad c. 5[a] 4[b] (εἰς ἀνδρείους). Epigrammata quinque in Themistoclem 72—74, 237, 235 Plan. non in textu cum ceteris scripsit, sed in marg. inferiore (f. 30[v], 31[r]) postea subiunxit; consentiunt igitur in cap. 5[a] ordo Palatinus Planudeusque, nam ep. 256 Maximus ideo post 258 collocavit, ne duo [Platonis] in eosdem Eretrienses epp. 256 et 259 separarentur, et suspiceris fort. in Cephalanam fr. Simonideum receptum fuisse constans ex epp. 248—251, 253—254[b], 257 sq. iisque inserta serius esse epp. 252 et 255 sq., quibus sua sedes esset post ep. 258; at v. p. LXIII. Falso autem editiones Plan. ep. 259 inter adespota referunt, cum in autographo titulo *Πλάτωνος* duo epp. 256 et 259 comprehendantur. Epigrammata Palatina 226—259 cum omnia fere pro argumentis suis quadrent in Plan. cap. 5[a] et 4[b], plane aliena ab hoc genere occurrunt interposita duo 254[b] et 228, quorum illud ex sylloge Simonidea cum proximis inrepsit, alterum 228, quod *ἀδέσποτον* est in MP, praecedenti ut ab eodem poeta (Diotimo) compositum adhaesit (cf. ad p. 156, 3 sqq.). Exceptis his epigrammatis et duobus aliis (239, 241) particulam illam Palatinam (226—259) recepit totam Plan. in cap. 5[a] 4[b]. Ep. 244 (in 4[b]) extra ordinem Palatinum cum epp. 431 et 721 iunxit Maximus, ut tria in pugnam Thyreatidem epp. continuarentur; interciditque, opinor, in P ep. 721 post 244 (nimirum eo quod duo epp. eandem vs. claus. *Θυρέαι δ' ἦσαν ἄεθλα δορός* exhibent), ut versus in milites Chaeronenses (ep. 245) non ad Gaetulicum, sed ad poetam tragicum Chaeremonem referendi sint (cf. quae adnotavi Blätter f. d. bayr. Gymn. 1896, 236). Non tota series epp. Palatin. 430—443, sed pars huius fragm. Meleagrei in Planudeae εἰς ἀνδρείους capita transiit: quinque enim ex illis

a Plan. omnino neglecta, duo alibi locata sunt. Tetrastichon Simonideum, quod non servatur in P, XVI 26 iunxit Planudes cum Simonideo VII 301, ductus fort. et quadam epp. desinentium similitudine (τρηχείην πολέμου δεξάμενοι νεφέλην et Μηδείων ἀνδρῶν δεξάμενοι πόλεμον). In tertia particula capitis 4[b] (γ) mireris praecedere ep. 512 ac non, ut tria Thyreatica, ita duo Tegeatica epp. 442, 512 a Planude iuncta esse. In cap. 5[a] ep. 656 (Leonidae Alexandrini, ut mihi videtur) rettulit Maximus cum lemmatista Palatini errans in interpretando carmine, quod in misellum ruricolam, non in bellatorem compositum est.

Capiti 6[a] duo epp., 462 et 704, perversa ratione et extra ordinem Pal. immixta sunt, quorum prius in mulierem Satyram scriptum, alterum a sepulcralibus alienum est. Cetera capitis epp. praeferunt ordinem Palatinum: nam 516 et 580 sq. ideo epigrammatis 356—360 adnexa sunt, quia in consimili argumento versantur, Iulianusque pro sua variandi libidine fort. non tantum 580 sq., sed etiam epp. 356 sq. et 360 composuit. Ep. 228, quod Cephalas inter epp. εἰς ἀνδρείους rettulit, rectius Plan. capiti 6 vindicavit. In capite 5[b] cum prima pars ordine Palatino epp. e variis fragmentis selecta (α) contineat, altera ex Philippicis (β), tertia (γ) ex Meleagreis (et syll. Call.) sumpta sit, Planudes Antipatri (Thess.) ep. 390 agmen claudere quam Philippicis accedere maluit ob eam fort. causam, ut hendecasyllabi ab usitatioribus epp. versibus separarentur.

Ad c. 7[a] 6[b] (εἰς ἀρχαίους τινάς). Palatina particula epigrammatum 311—320 excepto uno (312) a Planude tota recepta est in capp. epp. εἰς ἀρχαίους; inter ep. 311 in Nioben et 313 Planudes quattuor, sed duo ex his in eandem Nioben scripta (530, 549) inseruit; epp. in Timonem 313—320 ita distribuit in duas syllogas, ut quinque in priore, tria (315, 318 sq.) in altera reperiantur; epigrammati 319 (Iuliani?) Plan. quartum in Timonem adnexuit, ep. 577, idemque tetrastichon in Pal. a correctore (p. 253 m.[s]) prioribus Timoneis (315 sqq.) adscriptum est. Epp. 315 sq. videntur Rhiani et Leonidae, ut eorundem poetarum epp. VI 34 sq. inter se excipiunt. Iniuria inter epp. εἰς ἀρχαίους rettulit Plan. VII 241 in Ptolemaeum, VII 556 (Tityrum mimum et Satyrum permutans), 563 in pantomimum Chrysomallum (verbis εἰκόνας ἀρχεγόνων in errorem inductus), denique 747, quod ep. Maximus Libanii et Iuliani nominibus confusis cum Iuliani epigrammate 577 coniunxit.

Ad c. 9[a] (εἰς βρέφη) et 10[a] (εἰς γέροντας). Capitis 9[a] 1 (ep. 170) bis exstat in P: a priore loco Planudem petivisse et index auctoris et quam in Planudea ep. obtinet sedes demonstrant; capitis 10[a] 3 ep. 187 redit in P ante ep. 345 transiitque inde in Planudeam, ut serie Planudea epigrammatum 309 (Iuliani?), 336 (Antiphili?), 344* (= 187 Philippi), 345 ordinem Palatinum nihil turbari appa-

reat. Ceterum Planudes ep. 187 (cf. p. VII) capiti εἰς νέας subiungere, non epigrammatis εἰς γέροντας adgregare debebat.

Ad c. **11**a. b (εἰς γυναῖκας). Capitis **11**a pars prima sedecim complectitur epp. Pal., quorum ultima condita sunt in Lycambae filias (351 sq.); quae praecedunt epp. e tribus potissimum particulis Palatinis sumpta sunt: primum adhibuit Plan. epp. in mulieres 163—169 (omissis duobus 164 sq., quae recepto consimili in eandem mulierem epigrammate 163 neglegenda esse putabat), dein epp. 181—188 (e quibus 182 et 186 in caput **11** rettulit, cum duo 184 sq. epigrammatis εἰς νέας adiungeret, unum 187 inepte capiti εἰς γέροντας tribueret, unum mutilum omitteret ac duo alia, ne nimius esset in offerendis eiusdem generis epigrammatis virginum recensque nuptarum mortem deflentibus); denique seriem Palatinam VII 217—224 fere totam in **11**a transtulit Planudes (adiuncto ep. 324). Ex iisdem particulis Palatinis alterum in mulieres epigrammatum cap. (**11**b) tantum 168 et 217 recepit, quibus adiunctae sunt tres ex Gregorii Magistri sylloge inscriptiones (333, 337, 340), ut huius cap. prima parte epp. quinque contineantur. Primam capitis **11**a seriem (decerptam ex epp. VII 163—363) praecipuae partes sequuntur duae; priorem epp. ex magno fragmento Meleagreo (406—506) selecta (quibus 522 ex sylloge Callimachea accedit), alteram partem sepulcralia ex Cycli fragmento (551—614) petita efficiunt. Intermixtum est Meleagreis (**11**a 18—25) unum Agathianum (552 inter 463 et 476) Planudis incredibili fere errore; nam ep. 552 ab Agathia in matrem Pericleam compositum ideo iunxit Plan. cum ep. 476, quod eius disticho quinto Meleagri parentem a Meleagro dici arbitrabatur; scripsit enim (Marc. 34v) ipse Planudes ultimum carminis Heliodorei versum: ἠρέμα σοῖς κόλποις ματέρ' ἐναγκάλισαι, quam scripturam ματέρ' (pro μᾶτερ) non a calami lapsu repetendam esse, sed menti scriptoris deberi sedes epigrammati 552 a Plan. destinata testatur. Rem eo magis mireris, quod epp. in Heliod. complura Plan. amatoriis aggregavit. Meliore ratione ductus Agathianis (**11**a 26—37) ep. Philippeum VII 644 (inter 608 et 610) inseruit separavitque ab altero eiusdem fragmenti Philippei (622—645) epigrammate 623, quoniam eiusdem argumenti epp., alterum inventoris Bianoris 644, alterum imitatoris Eutolmii 608 legentibus una offerri volebat; et in disponendis ultimis epp. (623, 735, 667, 691) Plan. idcirco vid. ordinem Pal. reliquisse, ne duo epp. similia (735, 667), quibus mulier marito (liberisque) vale dicens inducitur, alieno dirimerentur (cf. etiam 623, 2 et 735, 1 ὑστάτιον). — In **11**b primae quam memoravimus parti subiunguntur ordine inverso prius Agathiana aucta epigrammate 695, dein Meleagrea epp. ita, ut illis Erycii ep. 368 (ex fr. Philippeo 364—405), his Crinagorae 643 (ex altero fr. Phil. 622—645)

praecedant. Tymnae ep. 729 (quod exstat in P post iteratum in ἀγχιτόκον mulierem ep. 462) a Plan. ante 464 sq. insertum est, ut tria in puerperas cum liberis defunctas epp. (Tymnae, Antipatri, Heracliti) continuarentur. Ex magno fr. Meleagreo (406—506) Planudes ad epp. in mulieres colligenda (praeter 421—429) duas potissimum particulas adsumpsit, septimam (epp. 462—465) et decimam (epp. 475—477; cf. p. 320, 7 et 332, 7), nisi quod primum decimae plane omisit, primum septimae ep. inepte capiti **6**ᵃ (*εἰς ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους*) vindicavit.

